prope est estas. Ita . uos cum u
Tdue scripturas que dicunt xp̄m
deritis hec omnia scitote quia pe
Tcredite que dicit xp̄s.
est in manus. Quoniam dico
Tde mortali ad immortalem.
uob quia non preteribit hec ge
neratio donec omnia fiant. ce
Tcaterum . non ecclesiam. Tsed electi eius nulla immutatione ipsebūt.
lum . terra transibunt. uerba au

Sicut autem in diebus
diluuij erant homines
plurimi assumentes
et nubentes usq; ad
diem illum quo intrauit
noe in archam et non
cognouerunt donec
uenit diluuium et tulit
omnes quos inuenit
ita erit et aduentus
filij hominis. Tunc
duo erunt in agro
unus assumetur et
alter relinquetur.
Due molentes in
mola una una assumetur
et una relinquetur.
Vigilate ergo quia
nescitis qua hora
dominus uester uenturus
sit. Illud autem scitote
quod si sciret paterfamilias
qua hora fur uenturus
esset uigilaret utique
et non sineret perfodi
domum suam. Ideo et
uos estote parati quia
qua hora non putatis
filius hominis uenturus
est. Quis putas est
seruus fidelis et prudens
quem constituit dominus
super familiam suam
ut det illis cibum in
tempore. Beatus ille
seruus quem cum uenerit
dominus inuenerit sic
facientem. Amen dico
uobis quod super omnia
bona sua constituet eum.
Si autem dixerit malus
seruus ille in corde suo
moram facit dominus
meus uenire et cepit
percutere conseruos suos
manducet autem et bibat
cum ebriosis. Veniet
dominus serui illius in
die qua non sperat et
hora qua ignorat et
separabit eum partemque
eius cum hypocritis
ponet. Ibi erit fletus
et stridor dentium.
Tunc simile erit regnum
celorum decem uirginibus
que accipientes lampades
suas exierunt obuiam
sponso et sponse. Quinque
autem ex eis erant
fatue et quinque prudentes.
Que fatue accipientes
lampades suas non
sumpserunt oleum
secum. Prudentes uero
acceperunt oleum in
uasis suis cum lampadibus.
Moram autem faciente
sponso dormitauerunt
omnes et obdormierunt.
Media autem nocte
clamor factus est ecce
sponsus uenit exite
obuiam ei. Tunc surrexerunt
omnes uirgines ille
et ornauerunt lampades
suas. Fatue autem
sapientibus dixerunt
date nobis de oleo
uestro quia lampades
nostre extinguuntur.
Responderunt prudentes
dicentes ne forte non
sufficiat nobis et
uobis ite potius ad
uendentes et emite
uobis. Dum autem
irent emere uenit
sponsus et que parate
erant intrauerunt cum
eo ad nuptias et
clausa est janua.
Novissime autem
ueniunt et reliquae
virgines dicentes
domine domine aperi
nobis. At ille respondens
ait amen dico uobis
nescio uos. Vigilate
itaque quia nescitis
diem neque horam.
Sicut homo qui
peregre profectus
uocauit seruos suos
et tradidit illis bona
sua. Et uni dedit
quinque talenta alii
autem duo alii uero
unum unicuique
secundum propriam
uirtutem et profectus
est statim. Abiit autem
qui quinque talenta
acceperat et operatus
est in eis et lucratus
est alia quinque.
Similiter qui duo
lucrum attulit. Qui
autem unum accepit
abiens fodit in terra
et abscondit pecuniam
domini sui. Post
multum autem
temporis uenit dominus
seruorum illorum et
posuit rationem cum
eis. Et accedens qui
quinque talenta
acceperat obtulit
alia quinque talenta
dicens domine quinque
talenta tradidisti mihi
ecce alia quinque
superlucratus sum.
Ait illi dominus
bene serue bone et
fidelis quia super
pauca fuisti fidelis
super multa te
constituam intra in
gaudium domini tui.
Accessit autem et qui
duo talenta acceperat
et ait domine duo
talenta tradidisti mihi
ecce alia duo
superlucratus sum.
Ait illi dominus
bene serue bone et
fidelis quia super
pauca fuisti fidelis
super multa te
constituam intra in
gaudium domini tui.
Accedens autem et qui
unum talentum
acceperat ait domine
scio te quia homo
duras es metis ubi non
seminasti et congregas
ubi non sparsisti et
timens abscondi
talentum tuum in terra
ecce habes quod tuum
est. Respondens autem
dominus eius dixit ei
serue male et piger
sciebas quia meto ubi
non seminaui et
congrego ubi non
sparsi oportuit ergo
te mittere pecuniam
meam nummulariis
et ego uenies recepissem
utique quod meum est
cum usura. Tollite
itaque ab eo talentum
et date illi qui habet
decem talenta. Omni
enim habenti dabitur
et abundabit ei autem
qui non habet et quod
habet auferetur ab eo.
Et inutilem seruum
eiicite in tenebras
exteriores ibi erit
fletus et stridor
dentium. Cum autem
uenerit filius hominis
in maiestate sua et
omnes angeli eius
cum eo tunc sedebit
super sedem maiestatis
sue et congregabuntur
ante eum omnes gentes
et separabit eos ab
inuicem sicut pastor
segregat oues ab hedis
et statuet oues quidem
a dextris suis hedos
autem a sinistris.
Tunc dicet rex his
qui a dextris eius
erunt uenite benedicti
patris mei possidete
paratum uobis regnum
a constitutione mundi.
Esurui enim et dedistis
mihi manducare sitiui
et dedistis mihi bibere
hospes eram et
collegistis me nudus
et cooperuistis me
infirmus et uisitastis
me in carcere eram
et uenistis ad me.
Tunc respondebunt
ei iusti dicentes
domine quando te
uidimus esurientem
et pauimus aut sitientem
et dedimus potum
quando autem te
uidimus hospitem
et collegimus aut
nudum et cooperuimus
quando autem te
uidimus infirmum
aut in carcere et
uenimus ad te.
Et respondens rex
dicet illis amen dico
uobis quamdiu fecistis
uni ex his fratribus
meis minimis mihi
fecistis. Tunc dicet
et his qui a sinistris
erunt discedite a me
maledicti in ignem
eternum qui paratus
est diabolo et angelis
eius. Esurui enim et
non dedistis mihi
manducare sitiui et
non dedistis mihi
bibere hospes eram
et non collegistis me
nudus et non
cooperuistis me
infirmus et in carcere
et non uisitastis me.
Tunc respondebunt
et ipsi dicentes
domine quando te
uidimus esurientem
aut sitientem aut
hospitem aut nudum
aut infirmum aut in
carcere et non
ministrauimus tibi.
Tunc respondebit illis
dicens amen dico
uobis quamdiu non
fecistis uni de minoribus
his nec mihi fecistis.
Et ibunt hi in
supplicium eternum
iusti autem in uitam
eternam. Et factum
est cum consummasset
ihesus sermones
omnes hos dixit
discipulis suis.
Scitis quia post
biduum pascha fiet
et filius hominis
tradetur ut crucifigatur.
Tunc congregati sunt
principes sacerdotum
et seniores populi
in atrium principis
sacerdotum qui dicebatur
caiphas et consilium
fecerunt ut ihesum
dolo tenerent et
occiderent. Dicebant
autem non in die festo
ne forte tumultus fieret
in populo. Cum autem
esset ihesus in bethania
in domo simonis leprosi
accessit ad eum mulier
habens alabastrum
unguenti preciosi et
effudit super caput
ipsius recumbentis.
Videntes autem discipuli
indignati sunt dicentes
ut quid perditio hec
potuit enim istud
uenundari multo et
dari pauperibus.
Sciens autem ihesus
ait illis quid molesti
estis huic mulieri
opus enim bonum
operata est in me.
Nam semper pauperes
habetis uobiscum me
autem non semper
habetis. Mittens enim
hec unguentum hoc
in corpus meum ad
sepeliendum me fecit.
Amen dico uobis
ubicumque predicatum
fuerit hoc euangelium
in toto mundo dicetur
et quod hec fecit in
memoriam eius.
Tunc abiit unus de
duodecim qui dicebatur
iudas iscariotes ad
principes sacerdotum
et ait quid uultis mihi
dare et ego uobis eum
tradam at illi constituerunt
ei triginta denarios.
Et exinde querebat
occasionem ut eum
traderet. Prima autem
die azimorum accesserunt
discipuli ad ihesum
dicentes ei ubi uis
paremus tibi ut
manducare pascha.
At ihesus ait illis
ite in ciuitatem ad
quendam et dicite ei
magister dicit tempus
meum prope est apud
te facio pascha cum
discipulis meis.
Et fecerunt discipuli
sicut constituit illis
ihesus et parauerunt
pascha. Vespere autem
facto discumbebat cum
duodecim discipulis
suis. Et manducantibus
illis dixit amen dico
uobis quia unus
uestrum me tradet.
Et contristati ualde
coeperunt singuli
dicere numquid ego
sum domine. Ipse
autem respondens ait
qui intingit mecum
manum in paropside
hic me tradet filius
quidem hominis sicut
scriptum est de eo
uae autem homini illi
per quem filius hominis
tradetur bonum erat
ei si natus homo ille
non fuisset. Respondens
autem iudas qui tradidit
eum dixit numquid
ego sum rabbi. Ait illi
tu dixisti. Cenantibus
autem eis accepit ihesus
panem et benedixit ac
fregit deditque discipulis
suis et ait accipite et
comedite hoc est corpus
meum. Et accipiens
calicem gratias egit
et dedit illis dicens
bibite ex hoc omnes
hic est enim sanguis
meus noui testamenti
qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum.
Dico autem uobis non
bibam amodo de hoc
genimine uitis usque
in diem illum cum
illud bibam uobiscum
nouum in regno patris
mei. Et hymno dicto
exierunt in montem
oliueti. Tunc dicit
illis ihesus omnes
uos scandalum patiemini
in me in nocte ista.
Scriptum est enim
percutiam pastorem
et dispergentur oues
gregis. Postquam autem
resurrexero precedam
uos in galileam.
Respondens autem
petrus ait illi et si
omnes scandalizati
fuerint in te ego
numquam scandalizabor.
Ait illi ihesus amen
dico tibi quod in hac
nocte antequam gallus
cantet ter me negabis.
Ait illi petrus etiam
si oportuerit me mori
tecum non te negabo.
Similiter et omnes
discipuli dixerunt.
Tunc uenit ihesus
cum illis in uillam
que dicitur gethsemani
et ait discipulis suis
sedete hic donec
uadam illuc et orem.
Et assumpto petro
et duobus filiis
zebedei cepit tristis
esse et mestus.
Tunc ait illis tristis
est anima mea usque
ad mortem sustinete
hic et uigilate mecum.
Et procedens pusillum
procidit in faciem suam
orans et dicens pater
mi si possibile est
transeat a me calix
iste uerumtamen non
sicut ego uolo sed
sicut tu. Et uenit ad
discipulos suos et
inuenit eos dormientes
et dicit petro sic non
potuistis una hora
uigilare mecum
uigilate et orate ut
non intretis in
temptationem spiritus
quidem promptus est
caro autem infirma.
Iterum secundo abiit
et orauit dicens pater
mi si non potest hic
calix transire nisi
bibam illum fiat
uoluntas tua. Et
uenit iterum et
inuenit eos dormientes
erant enim oculi eorum
grauati et dimittens
illos iterum abiit et
orauit tertio eundem
sermonem dicens.
Tunc uenit ad discipulos
suos et dicit illis
dormite iam et requiescite
ecce appropinquauit
hora et filius hominis
tradetur in manus
peccatorum. Surgite
eamus ecce appropinquauit
qui me tradet.
Adhuc eo loquente
ecce iudas unus de
duodecim uenit et
cum eo turba multa
cum gladiis et fustibus
missi a principibus
sacerdotum et a
senioribus populi.
Dabat autem traditor
illius signum eis
dicens quem osculatus
fuero ipse est tenete
eum. Et confestim
accedens ad ihesum
dixit aue rabbi et
osculatus est eum.
Ihesus autem dixit
illi amice ad quid
uenisti tunc accesserunt
et manus iniecerunt
in ihesum et tenuerunt
eum. Et ecce unus
de his qui erant cum
ihesu extendens manum
exemit gladium suum
et percutiens seruum
principis sacerdotum
amputauit auriculam
eius. Tunc ait illi
ihesus conuerte gladium
tuum in locum suum
omnes enim qui
acceperint gladium
gladio peribunt.
Aut putas quia non
possum rogare patrem
meum et exhibebit mihi
modo plus quam duodecim
legiones angelorum.
Quomodo ergo implebuntur
scripture quia sic
oportet fieri. In illa
hora dixit ihesus
turbis tamquam ad
latronem existis cum
gladiis et fustibus
comprehendere me
quotidie sedebam apud
uos docens in templo
et non tenuistis me.
Hoc autem totum
factum est ut adimplerentur
scripture prophetarum.
Tunc discipuli omnes
relinquentes eum
fugerunt. Qui autem
tenuerant ihesum
duxerunt eum ad
caiphan principem
sacerdotum ubi scribe
et seniores congregati
erant. Petrus autem
sequebatur eum a longe
usque in atrium principis
sacerdotum et ingressus
intro sedebat cum
ministris ut uideret
finem. Principes autem
sacerdotum et uniuersum
concilium querebant
falsum testimonium
contra ihesum ut eum
morti tradant et non
inuenerunt cum multi
falsi testes accessissent
nouissime autem duo
falsi testes dixerunt
hic dixit possum
destruere templum dei
et post triduum
reedificare illud.
Et surgens princeps
sacerdotum dixit ei
nichil respondes ad
ea que isti aduersum
te testificantur.
Ihesus autem tacebat
et princeps sacerdotum
ait ei adiuro te per
deum uiuum ut dicas
nobis si tu es christus
filius dei. Dicit illi
ihesus tu dixisti
uerumtamen dico
uobis amodo uidebitis
filium hominis sedentem
a dextris uirtutis dei
et uenientem in nubibus
celi. Tunc princeps
sacerdotum scidit
uestimenta sua dicens
quid adhuc desideramus
testes ecce nunc audistis
blasphemiam quid
uobis uidetur illi
autem respondentes
dixerunt reus mortis
est. Tunc exspuerunt
in faciem eius et
colaphis eum
cedebant alii autem
palmas in faciem eius
dabant dicentes
prophetiza nobis
christe quis est qui
te percussit. Petrus
autem sedebat foris
in atrio et accessit
ad eum una ancilla
dicens et tu cum
ihesu galileo eras.
Ille autem negauit
coram omnibus dicens
nescio quid dicis.
Exeunte autem eo
ianuam uidit eum alia
et dicit his qui erant
ibi et hic erat cum
ihesu nazareno.
Et iterum negauit
cum iuramento quia
non nouit hominem.
Et post pusillum
accesserunt qui stabant
et dixerunt petro
uere et tu ex illis es
nam et loquela tua
manifestum te facit.
Tunc coepit anathematizare
et iurare quia non
nouit hominem et
continuo gallus cantauit.
Et recordatus est petrus
uerbi ihesu quod dixerat
antequam gallus cantet
ter me negabis et
egressus foras flebit
amare. Mane autem
facto consilium
inierunt omnes principes
sacerdotum et seniores
populi aduersus ihesum
ut eum morti tradant
et uinctum adduxerunt
eum et tradiderunt
pontio pilato
presidi. Tunc uidens
iudas qui eum tradidit
quod damnatus esset
penitentia ductus
retulit triginta denarios
principibus sacerdotum
et senioribus dicens
peccaui tradens sanguinem
iustum. At illi dixerunt
quid ad nos tu uideris.
Et proiectis denariis
in templo recessit
et abiit laqueo se
suspendit. Principes
autem sacerdotum
acceptis denariis dixerunt
non licet eos mittere
in corbanam quia
pretium sanguinis est.
Consilio autem inito
emerunt ex illis agrum
figuli in sepulturam
peregrinorum. Propter
hoc uocatus est ager
ille haceldama hoc est
ager sanguinis usque
hodie. Tunc impletum
est quod dictum est
per ieremiam prophetam
dicentem et acceperunt
triginta denarios
pretium adpretiati
quem adpretiauerunt
a filiis israel et
dederunt eos in agrum
figuli sicut constituit
mihi dominus.
Ihesus autem stetit
ante presidem et
interrogauit eum
presides dicens tu es
rex iudeorum dicit illi
ihesus tu dicis et
cum accusaretur a
principibus sacerdotum
et senioribus populi
nichil respondit tunc
dicit illi pilatus non
audis quanta adversum
te dicunt testimonia
et non respondit ei
ad ullum uerbum ita
ut mirari presidem
uehementer. Per diem
autem solemnem
consueuerat presides
populo unum ex
uinctis cui uellent
dimittere. Habebat
autem tunc uinctum
insignem qui dicebatur
barabbas. Congregatis
ergo illis dixit pilatus
quem uultis dimittam
uobis barabbam an
ihesum qui dicitur
christum. Sciebat enim
quod per inuidiam
tradidissent eum.
Sedente autem illo
pro tribunali misit
ad eum uxor eius
dicens nichil tibi et
iusto illi multa enim
passa sum hodie per
uisum propter eum.
Principes autem
sacerdotum et seniores
persuaserunt populis
ut peterent barabbam
ihesum autem perderent.
Respondens autem
presides dixit illis
quem uultis ex duobus
dimittam uobis at illi
dixerunt barabbam.
Dicit illis pilatus
quid igitur faciam
de ihesu qui dicitur
christus dicunt omnes
crucifigatur. Ait illis
quid enim malum
fecit at illi magis
clamabant dicentes
crucifigatur. Videns
autem pilatus quia
nichil proficeret sed
magis tumultus fieret
accepta aqua lauit
manus coram populo
dicens innocens ego
sum a sanguine iusti
huius uos uidetis.
Et respondens uniuersus
populus dixit sanguis
eius super nos et super
filios nostros. Tunc
dimisit illis barabbam
ihesum autem flagellatum
tradidit ut crucifigatur.
Tunc milites presidis
suscipientes ihesum
in pretorio congregauerunt
ad eum uniuersam
cohortem et exuentes
eum clamidem coccineam
circumdederunt ei
et plectentes coronam
de spinis posuerunt
super caput eius et
arundinem in dextera
eius et genu flexo
ante eum illudebant
ei dicentes aue rex
iudeorum et exspuentes
in eum acceperunt
arundinem et percutiebant
caput eius. Et postquam
illusissent ei exuerunt
eum clamidem et
induerunt eum uestimentis
suis et duxerunt eum
ut crucifigerent.
Exeuntes autem
inuenerunt hominem
cyrenensem nomine
simonem hunc
angariauerunt ut
tolleret crucem eius.
Et uenerunt in locum
qui dicitur golgotha
quod est calui locus
dabant ei uinum bibere
cum felle mixtum et
cum gustasset noluit
bibere. Postquam autem
crucifixerunt eum
diuiserunt uestimenta
eius sortem mittentes
ut adimpleretur quod
dictum est per prophetam
diuiserunt sibi uestimenta
mea et super uestem
meam miserunt sortem.
Et sedentes seruabant
eum ibi. Et imposuerunt
super caput eius
causam ipsius scriptam
hic est ihesus rex
iudeorum. Tunc crucifixi
sunt cum eo duo latrones
unus a dextris et unus
a sinistris. Preterentes
autem blasphemabant
eum mouentes capita
sua et dicentes uah
qui destruis templum
dei et in triduo
reedificas saluum
fac temetipsum si
filius dei es descende
de cruce. Similiter et
principes sacerdotum
illudentes cum scribis
et senioribus dicebant
alios saluos fecit
seipsum non potest
saluum facere si rex
israel est descendat
nunc de cruce et
credimus ei confidit
in deo liberet nunc
si uult eum dixit enim
quia filius dei sum.
Idipsum autem et
latrones qui crucifixi
erant cum eo improperabant
ei. Sexta autem hora
tenebre facte sunt
super uniuersam terram
usque hora nona.
Et circa horam nonam
clamauit ihesus uoce
magna dicens heli heli
lema sabacthani hoc
est deus meus deus
meus ut quid dereliquisti
me. Quidam autem
illic stantes et audientes
dicebant helyam
uocat iste. Et continuo
currens unus ex eis
et acceptam spongiam
implens aceto et
imposuit arundini
et dabat ei bibere.
Ceteri autem dicebant
sine uideamus an
ueniat helyas liberans
eum. Ihesus autem
iterum clamans uoce
magna emisit spiritum.
Et ecce uelum templi
scissum est in duas
partes a summo usque
deorsum et terra mota
est et petre scisse sunt
et monumenta aperta
sunt et multa corpora
sanctorum qui dormierant
surrexerunt et exeuntes
de monumentis post
resurrectionem eius
uenerunt in sanctam
ciuitatem et apparuerunt
multis. Centurio autem
et qui cum eo erant
custodientes ihesum
uisis que fiebant
timuerunt ualde
dicentes uere filius
dei erat iste. Erant
autem ibi mulieres
multe a longe que
secute fuerant ihesum
a galilea ministrantes
ei inter quas erat
maria magdalene et
maria iacobi et ioseph
mater et mater filiorum
zebedei. Cum autem
sero esset uenit homo
diues ab arimathia
nomine ioseph qui et
ipse discipulus erat
ihesu hic accessit ad
pilatum et petiit
corpus ihesu tunc
pilatus iussit reddi
corpus. Et accipiens
ioseph corpus inuoluit
illud in sindone munda
et posuit illud in
monumento suo nouo
quod exciderat in petra
et ostio magno
aduoluto lapide
abiit. Erat autem ibi
maria magdalene et
altera maria sedentes
contra sepulchrum.
Altera autem die
que est post parasceuen
conuenerunt principes
sacerdotum et pharisei
ad pilatum dicentes
domine recordati sumus
quia seductor ille
dixit adhuc uiuens
post tres dies resurgam.
Iube ergo custodiri
sepulchrum usque in
diem tertium ne forte
ueniant discipuli eius
et furentur eum et
dicant plebi surrexit
a mortuis et erit
nouissima error peior
priore. Ait illis pilatus
habetis custodiam ite
custodite sicut scitis.
Illi autem abeuntes
munierunt sepulchrum
signantes lapidem cum
custodibus.
Vespere autem sabbati
que lucescit in prima
sabbati uenit maria
magdalene et altera
maria uidere sepulchrum
et ecce terremotus
factus est magnus
angelus enim domini
descendit de celo et
accedens reuoluit
lapidem et sedebat
super eum erat autem
aspectus eius sicut
fulgur et uestimentum
eius candidum quasi
nix. Prae timore autem
eius exterriti sunt
custodes et facti sunt
tamquam mortui.
Respondens autem
angelus dixit mulieribus
nolite timere uos scio
enim quod ihesum qui
crucifixus est quaeritis
non est hic surrexit
enim sicut dixit uenite
et uidete locum ubi
positus erat dominus
et cito euntes dicite
discipulis eius quia
surrexit a mortuis
et ecce precedet uos
in galileam ibi eum
uidebitis. Ecce predixi
uobis. Et exeuntes
cito de monumento
cum timore magno et
gaudio currebant
nuntiare discipulis
eius. Et ecce ihesus
occurrit illis dicens
auete. Illae autem
accesserunt et tenuerunt
pedes eius et adorauerunt
eum. Tunc ait illis
ihesus nolite timere
ite nuntiate fratribus
meis ut eant in galileam
ibi me uidebunt.
Dum autem ierunt
ecce quidam de custodia
uenerunt in ciuitatem
et nuntiauerunt principibus
sacerdotum omnia que
facta fuerant. Et
congregati cum senioribus
consilio accepto
pecuniam dederunt
militibus dicentes
dicite uos discipuli
eius nocte uenerunt
et furati sunt eum
nobis dormientibus.
Et si hoc auditum
fuerit a praeside
nos suadebimus ei et
uos securos faciemus.
Illi autem accepta
pecunia fecerunt sicut
docti sunt et diuulgatum
est apud iudeos
usque in hodiernum
diem. Undecim autem
discipuli abierunt in
galileam in montem
ubi constituerat illis
ihesus et uidentes
eum adorauerunt.
Quidam autem dubitauerunt.
Et accedens ihesus
locutus est eis dicens
data est mihi omnis
potestas in celo et in
terra. Euntes ergo
docete omnes gentes
baptizantes eos in
nomine patris et filii
et spiritus sancti
docentes eos seruare
omnia quecumque
mandauerim uobis
et ecce ego uobiscum
sum omnibus diebus
usque ad consummationem
seculi.
Initium euangelii
ihesu christi filii dei
sicut scriptum est
in ysaia propheta
ecce ego mitto angelum
meum ante faciem
tuam qui preparabit
uiam tuam ante te
uox clamantis in
deserto parate uiam
domini rectas facite
semitas eius. Fuit
iohannes in deserto
baptizans et predicans
baptismum penitentie
in remissionem
peccatorum. Et
egrediebatur ad eum
omnis iudee regio et
hierosolimite omnes
et baptizabantur ab
illo in iordane flumine
confitentes peccata
sua. Et erat iohannes
uestitus pilis camelorum
et zona pellicea circa
lumbos eius et locusta
et mel siluestre
manducabat et predicabat
dicens uenit fortior
me post me cui non
sum dignus procumbens
soluere corrigiam
calciamentorum eius.
Ego baptizaui uos
aqua ille autem
baptizabit uos in
spiritu sancto.
Factum est autem in
diebus illis uenit
ihesus a nazareth
galilee et baptizatus
est a iohanne in
iordane. Et statim
ascendens de aqua
uidit apertos celos
et spiritum tamquam
columbam descendentem
et manentem in eo.
Et uox facta est de
celis tu es filius meus
dilectus in quo mihi
complacui. Et statim
eum spiritus expulit
in desertum. Et erat
in deserto diebus
quadraginta et tentabatur
a satana et erat cum
bestiis et angeli
ministrabant ei.
Postquam autem
traditus est iohannes
uenit ihesus in galileam
predicans euangelium
regni dei et dicens
quia impletum est
tempus et appropinquauit
regnum dei penitentiam
agite et credite
euangelio. Et
circumiens mare
galilee uidit simonem
et andream fratrem
eius mittentes rete
in mare erant enim
piscatores. Et ait
illis ihesus uenite
post me et faciam
uos fieri piscatores
hominum. Et continuo
relictis retibus secuti
sunt eum. Et procedens
inde modicum uidit
iacobum zebedei et
iohannem fratrem eius
et ipsos in naui
reficientes retia et
continuo uocauit eos.
Et relicto patre suo
zebedeo in naui cum
mercenariis abierunt
post eum. Et ingrediuntur
capharnaum et
continuo sabbatis
intrans in synagogam
docebat eos. Et
stupebant super
doctrina eius erat
enim docens eos
quasi potestatem
habens et non sicut
scribe eorum. Et
erat in synagoga eorum
homo in spiritu
immundo et exclamauit
dicens quid nobis et
tibi ihesu nazarene
uenisti perdere nos
scio te qui sis sanctus
dei. Et increpauit
illum ihesus dicens
obmutesce et exi de
homine. Et cum
discerpsisset eum
spiritus immundus
et exclamasset uoce
magna exiit ab eo.
Et stupuerunt omnes
ita ut conquirerent
inter se dicentes
quid est hoc quae
doctrina nouo cum
potestate etiam
spiritibus immundis
imperat et obediunt
ei. Et exiit fama eius
statim in omnem
regionem galilee.
Et continuo exeuntes
de synagoga uenerunt
in domum simonis et
andree cum iacobo et
iohanne. Socrus autem
simonis tenebatur
grandi febre et
statim dicunt illi de
illa. Et accedens
leuauit eam tenens
manum eius et
continuo dimisit eam
febris et ministrabat
illis. Vespere autem
facto cum occidisset
sol adferebant ad eum
omnes male habentes
et demoniacos et erat
omnis ciuitas congregata
ad ianuam. Et curauit
multos uariis languoribus
et demonia multa
eiecit et non sinebat
ea loqui quia sciebant
eum christum esse.
Et mane nimis
antelucanum exurgens
egressus abiit in
desertum locum et
ibi orabat. Et persecutus
est eum simon et qui
cum illo erant et
inuenerunt eum et
dicunt ei quia omnes
quaerunt te. Et ait
illis eamus in proximos
uicos et ciuitates
ut et ibi predicem
ad hoc enim exiui.
Et predicabat in
synagogis eorum et
in omnem galileam
et demonia eiciebat.
Et uenit ad eum
leprosus deprecans
eum et genu flexo
dicens ei quia si uis
potes me mundare.
Et misertus eius
extendit manum suam
et tetigit eum et ait
illi uolo mundare.
Et cum dixisset
statim lepra discessit
ab eo et mundatus est.
Et comminatus ei
statim et eiecit illum
et ait illi uide nemini
dixeris sed uade
ostende te sacerdoti
et offer pro emundatione
tua quae praecepit
moyses in testimonium
illis. Ille autem
exiens coepit praedicare
multa et diffamare
sermonem ita ut iam
non posset ihesus
manifeste in ciuitatem
introire sed foris in
locis desertis erat et
conuenit ad eum
undique.
Et introiens iterum
capharnaum post dies
auditum est quia in
domo est. Et continuo
conuenerunt multi
ita ut non caperet
neque ad ostium et
loquebatur eis uerbum.
Et uenerunt ad eum
ferentes paralyticum
qui a quattuor portabatur
et cum non possent
offerre eum prae turba
nuntiauerunt ei ubi
erat et patefecerunt
tectum ubi erat et
patefacientes demiserunt
grabatum in quo
paralyticus iacebat.
Ihesus autem uidens
fidem illorum dixit
paralytico fili dimittuntur
tibi peccata tua.
Erant autem quidam
de scribis sedentes
et cogitantes in cordibus
suis quid sic loquitur
blasphemias quis potest
dimittere peccata nisi
solus deus. Et statim
cognouit ihesus spiritu
suo quod sic cogitarent
intra se et ait illis
quid haec cogitatis
in cordibus uestris.
Quid est facilius
dicere paralytico
dimittuntur tibi
peccata tua an dicere
surge tolle grabatum
tuum et ambula.
Ut autem sciatis quia
filius hominis habet
potestatem in terra
dimittendi peccata
ait paralytico tibi
dico surge tolle
grabatum tuum et
uade in domum tuam.
Et surrexit et statim
tollens grabatum
exiit coram omnibus
ita ut stupere omnes
et glorificare deum
dicentes quia numquam
sic uidimus.
Et iterum exiit
ihesus ad mare et
omnis turba ueniebat
ad eum et docebat eos.
Et cum transiret
uidit leuy alphei
sedentem ad telonium
et ait illi sequere me
et surgens secutus est
eum. Et factum est
dum recumberet in
domo illius multi
publicani et peccatores
simul discumbebant
ihesu et discipulis
eius erant enim multi
qui sequebantur eum.
Et scribe et pharisei
uidentes quia manducat
cum publicanis et
peccatoribus dicebant
discipulis eius quare
cum publicanis et
peccatoribus manducat
et bibit. Et cum audisset
ihesus ait illis quia
non egent qui sani sunt
medico sed qui male
habent. Non uenit
uocare iustos sed
peccatores. Et fuerunt
discipuli iohannis et
pharisei ieiunantes
et uenerunt et dicunt
ei quare discipuli
iohannis et pharisei
ieiunant discipuli
autem tui non ieiunant.
Et ait illis ihesus
numquid possunt filii
sponsi ieiunare quamdiu
sponsum habent cum
sponsum habuerint
ieiunare non possunt.
Venient autem dies
cum auferetur ab eis
sponsus et tunc
ieiunabunt in illa
die. Nemo autem
commisit figmentum
de panno rudi in
uestimentum ueterem
alioquin tollit plenum
a ueteri et peior
scissura fit. Et nemo
mittit uinum nouum
in utres ueteres
alioquin rumpet uinum
nouum utres et uinum
effundetur et utres
pereunt sed uinum
nouum in utres nouos
mittendum est et
utraque seruantur.
Et factum est eum
ambularet per sata
sabbato et coeperunt
discipuli eius uellere
spicas et manducare
fricantes manibus.
Et pharisei dicebant
ei ecce quid faciunt
discipuli tui sabbatis
quod non licet. Et ait
illis numquam legistis
quid fecerit dauid
cum esurisset ipse et
qui cum illo erant
quomodo intrauerit
in domum dei sub
abiathar principe
sacerdotum et panes
propositionis manducauit
quos non licet manducare
nisi sacerdotibus et
dedit et his qui cum
illo erant. Et dicebat
illis quia dominus est
filius hominis etiam
sabbati.
Et intrauit iterum
in synagogam et erat
ibi homo habens
manum aridam et
obseruabant eum si
sabbatis curaret ut
accusarent eum. Et
dicit homini qui habebat
manum aridam state
in medium et dicit
illis licet sabbatis
bene facere an male
animam saluam facere
an perdere illi autem
tacebant. Et circumspiciens
eos cum ira
contristatus super
caecitate cordis eorum
dicit homini extende
manum tuam et extendit
et restituta est manus
illi. Et exeuntes
pharisei statim cum
herodianis consilium
faciebant aduersus
eum quomodo eum
perderent. Et ihesus
cum discipulis suis
abiit ad mare et
multitudo magna a
galilea et iudea
secuta est et a
hierusalem et ab
idumea et trans
iordanem et qui circa
tyrum et sidonem
multitudo magna
audiens quae faciebat
uenit ad eum. Et dixit
discipulis suis ut
nauicula sibi
seruiret propter
turbam ne comprimerent
eum multos enim
sanauit ita ut irruerent
in eum ut illum tangerent
quotquot habebant
plagas. Et immundi
spiritus cum eum
uidebant procidebant
ante illum et clamabant
dicentes quia tu es
filius dei. Et multum
comminabatur eis ne
manifestum eum facerent.
Et ascendit in montem
et conuocauit ad se
quos uoluit ipse et
abierunt ad eum et
fecit duodecim ut
essent cum illo et ut
mitteret eos praedicare
et habere potestatem
curandi infirmitates
et eiciendi demonia.
Et imposuit nomen
simoni petro et iacobo
zebedei et iohanni
fratri iacobi et
imposuit illis nomina
boanerges quod est
filii tonitrui et
andreae et philippo
et bartholomaeo et
matthaeo et thomae
et iacobo alphei et
thaddaeo et simoni
chananaeo et iudae
iscariotae qui et
tradidit eum.
Et uenit domum et
conuenit iterum turba
ita ut non possent
neque panem manducare.
Et cum audissent sui
exierunt tenere eum
dicebant enim quia
excedit mente. Et
scribae qui de
hierosolymis descenderant
dicebant quia
beelzebub habet et
quia in principe
demoniorum eiicit
demonia. Et conuocatis
illis in similitudinibus
dicebat illis quomodo
potest satanas satanam
eiicere. Et si regnum
in se diuisum fuerit
regnum illud non
potest stare. Et si
domus super domum
diuisa fuerit domus
illa non poterit stare.
Et si satanas exurrexit
in se diuisus est non
potest stare sed finem
habet. Nemo autem
potest in domum fortis
intrare et uasa eius
diripere nisi prius
fortem alligauerit et
tunc domum eius
diripiet. Amen dico
uobis quia omnia
dimittentur filiis
hominum peccata et
blasphemiae quibus
blasphemauerint.
Qui autem blasphemauerit
in spiritum sanctum
non habet remissionem
in aeternum sed reus
erit aeterni delicti.
Quoniam dicebant
immundum spiritum
habet. Et uenerunt
mater eius et fratres
eius et foris stantes
miserunt ad eum
uocantes eum. Et
sedebat circa eum
turba et dicunt ei
ecce mater tua et
fratres tui foris
quaerunt te. Et
respondit eis dicens
quae est mater mea
et fratres mei. Et
circumspiciens eos
qui circa eum sedebant
dicit ecce mater mea
et fratres mei. Quicumque
enim fecerit uoluntatem
dei ipse meus frater
et soror et mater est.
Et coepit iterum
docere ad mare et
congregata est ad eum
turba multa ita ut
in nauem ascendens
sederet in mari et
omnis turba ad mare
super terram erat.
Et docebat eos in
parabolis multa et
dicebat illis in doctrina
sua audite ecce exiit
seminans seminare.
Et factum est dum
seminat quaedam
cecidit secus uiam et
uenerunt uolucres
celi et deuorauerunt
illud. Et aliud cecidit
in petrosa ubi non
habuit terram multam
et continuo exortum
est quia non habebat
altitudinem terrae.
Et cum exortus esset
sol exaestuauit et quia
non habebat radicem
aruit. Et aliud cecidit
in spinas et creuerunt
spinae et suffocauerunt
illud et fructum non
dedit. Et aliud cecidit
in terram bonam et
dabat fructum
ascendentem et
crescentem et adferebat
unum triginta et unum
sexaginta et unum
centum. Et dicebat
qui habet aures audiendi
audiat. Et cum esset
secretum interrogabant
eum hi qui circa eum
erant cum duodecim
parabolam. Et dicebat
illis uobis datum est
mysterium regni dei
illis autem qui foris
sunt in parabolis
omnia fiunt ut
uidentes uideant et
non uideant et audientes
audiant et non
intellegant nequando
conuertantur et
dimittantur eis
peccata. Et dicit illis
nescitis parabolam
hanc et quomodo omnes
parabolas cognoscetis.
Seminat uerbum.
Hi autem sunt qui
secus uiam ubi seminatur
uerbum et cum audierint
continuo uenit satanas
et tollit uerbum quod
seminatum est in
cordibus eorum.
Et hi similiter sunt
qui in petrosa seminantur
qui cum audierint
uerbum continuo cum
gaudio accipiunt illud
et non habent radicem
in se sed temporales
sunt deinde facta
tribulatione et
persecutione propter
uerbum continuo
scandalizantur.
Et alii sunt qui in
spinas seminantur
hi sunt qui uerbum
audiunt et sollicitudo
huius mundi et
deceptio diuitiarum
et circa cetera
concupiscentiae
introeuntes suffocant
uerbum et sine fructu
efficitur.
Et hi sunt qui super
terram bonam seminati
sunt qui audiunt
uerbum et suscipiunt
et fructificant unum
triginta et unum
sexaginta et unum
centum. Et dicebat
illis numquid uenit
lucerna ut sub modio
ponatur aut sub lecto
nonne ut super
candelabrum ponatur.
Non enim est quicquam
occultum quod non
manifestetur neque
factum est occultum
sed ut in palam
ueniat. Si quis habet
aures audiendi audiat.
Et dicebat illis
uidete quid audiatis
in qua mensura
mensi fueritis
remetietur uobis et
adicietur uobis.
Qui enim habet dabitur
illi et qui non habet
et quod habet auferetur
ab eo. Et dicebat
sic est regnum dei
sicut si homo iactet
semen in terra et
dormiat et exurgat
nocte et die et semen
germinet et crescat
dum ipse nescit.
Ultro enim terra
fructificat primum
herbam deinde spicam
deinde plenum frumentum
in spica. Et cum
produxerit fructum
statim mittit falcem
quoniam adstitit
messis. Et dicebat
cui adsimilabimus
regnum dei aut in
qua parabola
conparabimus illud.
Sicut granum sinapis
quod c

Duo in lecto qui eorum eligi
tur requietem que lecti nomine sig
nificatur nec lectandi nec ec
clesiastici negotii occupati.
Vnus assumetur qui communem
rem proprie dei unde et in
tollerandine unionis cogitet q̄
sunt dei. Qui ad humane laudis

Qui autem humane laudis ul
alique utilitatis corruptione mo
nasterium suum gestiunt relin
quere ades. Sed sunt alia q̄dā ho
minum ecclesia quam habent
unde ecclesie uel unus litteratus
uidet. ut edam et nob. i. rectores
conuenerat et conuiuiis. ideo
hec tria genera hominum uel
supponit parabolas. In prima
agit de laboratoribus magno q̄d
est ubi dicit. vigilate ergo. In
secūdo agit de ecclesiasticis. in lecto
quod est ubi dicit. Simile est re
ce. d. cui. In tertia agit de molen
tibus. immola. q̄d est ubi dicit
Sicut cū homo peregre pro

Si scisset pat̄fa. si sciret pater
familias horam. domum p̄uidet qua
dum a situ custodia sp̄e domus
improuisa mors domi habita
culum carnis irrumpit. ad su
plicium trahit. sum autem reli
querit. ut vigilaret. quia ad hec
cum iudicis occultae uenientē
precauens. premendo occurrē

Quis putas q. d. admonendi
estis. Nam quam carnis est do
mino p̄ dominum seruiens
quod xp̄i pascens quē obstringit
dūl quam carnis q̄ sit uocat
ad deo tamq̄ ad uerum magē se iget
sicut iq̄ ū magē se pascat q̄ oues.

Qui habuerunt carnē. nō habentes.

immola. una assumetur et altera
Qui uero duas habuerunt
relinquetur. Duo in lecto unus
assumetur unus relinquetur.
Nam quo tendāt que dicit
Solliciti estote. hęc enī ea cur nolue
uolunt dicam ad uos. Vos non

Vigilate q̄ nescitis
dies
qua hora dñs uester
Quia
uenturus sit. Illud
hac q̄d debeant vigilare vobis dic.

autem scitote quia
si sciret paterfamilias
qua hora fur uenisset
Si illa hora que esset fibi suspecta.
vigilaret utique non
sineret perfodi domum
Sine
suam. Ideoque vos estote
macta iuga.
parati quia qua hora non pu
tatis filius hominis uenturus est
Difficultatem obtendit p qui non ipossibilitate uincitur.

Quis putas est fidelis seruus et
Discernens capacitate singulorum. Sapiē.
Vere ergo grandis prudēs dispēsator.
prudens quē constituit dñs sup fa
Familiam. Quia capacitate audito. Cibum ser
miliam suam ut det illis cibum in
monet dum. ut exemplis sua.
tempore. Beatus ille ser
uus quem cum ue

Tribul tumul
tus dicitur. fulgu
ra sunt. ruine
siones pr̄a pō
derum. et dicitur
unus duxit eū
ce. ad omnes ip̄os
uos vigilate
quasi essetis
unūc spectatur
ad prelatos loq
citur qui bum
les prudentes
nō appetentes ho
norem ꝓ lucri
temporalis lēdi
lo. et exemplo. r
o. pre debent pa
cere oues.

Serena autem
bracchium ne gli
gendus est q

ꝓ ea gra bonū ꝑce signi. ꝑ
Immola. t. ꝓ noe damel. iob
flagellorum. ouium
In nouo. t. ꝓ iacobi ioh. ꝓ petri

ths

dominꝰ uenturꝰ
adudientiam repꝰ
fuit fideliter an
nonam uerbi mi
nistrauit uincula
gregi cuigilans

¶ xpc.

nerit dominus eius m
uenerit sic faciente
Amen dico uob quoniã

¶ Non ut sol tz ut precederet habeant cornua prelata cum pu
nita tua. cum pro gregil custodia.

super omnia bona sua constituet eũ

¶ Facientia tã dilectionalia ut audiuimus dei in proximo uenturum.

Si autem dixerit malus ille seruus

¶ contrariam sibi faciens.

moram facit dns meus uenire et ce
perit percutere seruos suos mandu
care autem et ebriosis

¶ In quo ostendit mali propria intelligũt.

uere domus serui illius in die qua
non sperat et hora qua ignorat et di

¶ a contrario fidelium.

uidet eum partemq; eius ponet cũ

¶ pro calore ¶ pro fugore

hypocritis illic erit fletus et stridor den

¶ Aliud de eodem exemplum ¶ Tactia parabo

cium. Tunc simile est regnum ce

ta omnibus cum religiose quam superstitiose communibus.

lorum x ungmbus q̃ accipientes

¶ opera que tã in communi iam fuerat. ¶ Concordauerunt uo

lampades suas exierunt obuiam

luminaria spiritus uirtutes ecclie.

sponso et sponse. Quinq; autem ex

¶ Quia uanitati seruiunt propriis laudibus hominũ. ¶ Quia uolũ

Super omnia .b. s. super oia
celestia regni gaudia eos
.t. hos audientes facere di
cumbere transiens ipsum
struxit illis.

Ipse autem dedicauit hic grue
rebus eos ut sacramentis ille
celum fidi plenus hic

Inuitat affectare ut unus
morum conscientias para
uo uilo ut exemplo utilate
vnde lucrat aut puer uel
ancilla. quos quanto ꝑ
fectiores et rari ut seruus fi
delis facilior tuna.

Cum hypocritis cumbe
. t. qui magnificabant qui
molebant multo minus
deuicti sunt qui dicunt
y pocrite quia magno cum
ta. y. ds uni uidebant fac
fidei rari diuise uoluntate
apparuit.

Fleti ut per similitudinem
membrorum magnitudo
ostendit corporis.

Decem uirg uirginei hic
omnes qui aliqui sctt ꝺ
tinent quinq; quia qui
q; prata ecclie continentia
in carnalibus illecebris u
delicet ccc. uidi. sensibus ꝺ
tinent se a uoluptatibus

essent fatue. 7. v. prudentes. Sz quinq; fatue acce
pere uerecundi seruiunt pro ecclie. ꝑ plenius. ¶ accepta obtentione lumen olei. ¶ Illã uirtutis ꝺ
pas lampadibus non sumpserunt oleum secum

secundam.

prudentes uero acceperunt oleum

¶ Ol oleum est lenitas mentis
q. hꝫ quicunq; deo placet.

Omnes simul sunt sponsa quemodo desponsata est. virgo a corruptione populi. Nubent tamen immortales immortali coniunguntur.

Media autem nocte. i. nullo sciente vel sperante. unde dies domini sicut fur in nocte ita veniet.

Date nobis. Quorum facta aliena fulciuntur laude eadem subtracta deficiunt. et de consuetudine id semper inquirit. unde gaudere animus solet. Itaque hominum qui corda non vident testimonium volunt habere apud deum qui cordis inspector est.

Et forte non suff. quia quisque pro se rationem reddet ne alieno testimonio innitatur quis apud deum. cui secreta patent. unusquisque sibi sufficit. ut ei testimonium perhibeat conscientia sua.

Vendentes sunt adulatores qui dant laudem et accipiunt aliquam mercedem.

Noverint venit ille qui iudicat.

Quibus

Secum in vasis suis

Ostensione bonorum operum

cum lampadibus.

Iudicium differente extremum.

Coram autem facien

Ante mortem lan

te sponso dormitaue

goribus. Electi et reprobi. Sompno mortis.

runt omnes. et dormierunt. Media

Insperato. In voce angeli et tuba dei. Ad sotiandam sibi perpetuo virginem.

autem nocte clamor factus est. ecce

Occurrite ei in aera.

sponsus venit. exite obviam ei. Tunc

A sompno mortis. Boni et mali. Continentes.

surrexerunt omnes virgines ille.

Numeraverunt secum opera sua pro quibus remunerationem expectant. Sua fiducia decepta

et ornaverunt lampades suas. Fatue autem dixerunt

intus vacue. Testimonium laudum dicendo de operibus nostris quod vidistis. Opera nostra

sapientibus. Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre exti

que omnibus clara videbantur. Non de avaritia sed timore quia in illo die testimonium cuiusque sufficit sibi et proximo.

guntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non

sufficiat nobis et vobis.

Non dant consilium sed exempla. Non dant consilium sed exempla. Nenamini laudes vestro more

Ite potius ad venden

obliquo commemorant crimen eorum.

tes et emite vobis.

Ite. i. modo videamus quid vos adiuvent qui vobis laudes vendere consueverant.

Ne forte unus quisque pro suis operibus mercedem suscipiet nec possunt in die iudicii aliorum virtutes aliorum vitia sublevare.

Dum autem irent.

Cum autem

Inclinantibus se illis

mea que foris sunt et solita gaudia requirentibus cum interna non

irent emere venit sponsus et que

conscientia dabat bonum testimonium. Ubi mundata anima verbo dei copulatur.

parate erant intraverunt cum eo ad nuptias. et clau

Aditus regni celestis quia precibus post ea nullius patebit aditus post iudicium.

sa est ianua.

Et clausa est ianua. Post iudicium magna est eius securitas cuius est ante inefabilis misericordia.

ths

Polore repulsi
onis compulse
appellationem
ingeminant
adflictionis

Declarat non so
lum diem u
dicij sed diem
mortis cuiusq;
ut horam cuiusq;
qua primitus
unitas tamen
parcitur.

Nouissime uero uenit
reliqz uirgines dicentes.
Dñe dñe aperi nob. At ille
respondens ait. Amen dico
Scio uos dele
qz p uirgines meritum non recognosco.
uob nescio uos. Vigilate
itaqz quia nescitis diem
neqz horam. Sicut enim
homo qui peregre proficiscens uoca
Dedit dona hominibz. Predi
uit seruos suos. Tradidit illis bona
candi uinea operandi cultum qui uidem floreat sed ropy.
Scientiam scientiam quinqz sensibz acqui
sua. Et cum dedit quinqz talenta. Alij
stram. Intellectum operationem. Intellectum.
autem duo. Alij uero unum. Unicuiqz
secundum propriam uirtutem. Et pro
fectus est statim. Abiit autem. Et qui
Promouit Statim
nam operacionem. Ali multica non percipiebat.
Profectus est.
S. non locum
mutauit. Et libe
ram ei prestat
tem operandi
primitus.
quinqz talenta acceperat
Dū se a mundi bonum uoluptate custodit abbas
eram alios amore gaudij compescat.
et operatus est in eis. Et lucratus
est alia. v. Similiter et
Intellectum operationem.
qui duo acceperat lucratus est alia
Intellectū
duo. Qui autem unum acceperat
Habiens pe. sed non uidens perse.
abiens fodit in terram. Et abscondit
pecuniam domini sui. Post multum

Nouissime perierant pen
nerunt am per inutile dolor
lacrimas pulsante bonus
uelocite notidicitur qđ e
mentum oleum. quia nullo
iam remanente de alienis
gladio gaudio laudibz in
angulis ruunt ad ora
plorationem dei.

Vigilate. Ihs docuit ut nulli
monum bone conscientie
nob parcamus nec fatui
uirginibz oleum remanea
mus. Quia paratos nos
inuenire deliberat. Sicut
aliam decadem ut para
iam pegre locuti carnis
uera eis ego xp̃s secum̃ carnem
ad pegrina duxit qui celi
ascendit.

Non prolongitare pecca
tare alij pl̃ alij mul̃ sed pro
uinibz accipientium.

Operatus est meis. Ali ubi
ubiq; le custodiendo alios
pro posse exhortando deu
ubiqz inuisibilia ut uisi
bz per uerbum predicando de
uerbi moribz informando
geminantur accepta talen
ta.

Quod fabenter cõtingit tot
dño obtulit. Decimonũ s
datur. Gloria. Et pgẽa. Ibidem
ũrã. Ubi proficiunt. Et etiam
quod potuit lucrifecit.

Terrenis actibz applicatur
ne lucrũ spũale. Amittat.

Quod est abscondere dñm
uiqz ad secundũ aduentũ.

Posuit rationem cū
e. Incipit sing'lorum ac
tus discutere aculeare
conscientia unumquem
quem qz ut exculeare.

Adueniat dñs et
gelorum. sic quoq; lectu
re de munere ut iam nō
tr qđ exerceat doleas
deceptione.

Pauca fuit bona pre
sertim cū quamuis
multa videantur qui
sine aliquibus molestie
aduersione fruitur mul
ta autem bona eterna
que fruitur sine omni
corruptione.

Gaudeat dñs tu gau
diū domini tui.

Accedens infelicissimus
talenta sua conscientia
testimonium.

Ferrum agge dic alu
cubitum gradum nealiq
salutem queant qui pi
cturare absconditio pre
dicam quod de domino
mellea. sucarnali una
subtilitent sicut habu
it eum non augent ut
muniant. sed ac qđ pige
ret unheremam ꝙ
occultat. sed superbe
calumpniando dum
timet ne prudenter fenus
se nedum lucra que
ut pictatur ꝙ deos
de uocare cum duum

Adulterum.
uero tempus uenit dominus ser
uoꝝ illorum. ⁊ posuit rationem cū
eis. Et accedens qui quinq; talenta
dicens. Domine quinq; talenta tra
didisti michi. ecce alia quinq; sup
lucratus sum. ait illi dñs eius. euge
Gloria querenti Deo. Jhu xpi.
serue bone ⁊ fidel. quia super pauca
fuisti fidel. super multa te constituā
intra in gaudium domini tui. ac
cessit autem ⁊ qui duo talenta acce
perat ⁊ ait. Domine duo talenta tra
didisti mihi. ecce alia duo super lucratus
sum. Ait illi dñs eius. euge serue
⁊ fidelis quia supra pauca fuisti fidel
supra multam te constituam intra
Vacat q̄d occ. nec an. a.
in gaudium domini tui. Accedēs
autem et qui unum talentum ac
ceperat ⁊ ait. Domine scio quia
Nil non parui t. precidit falce vidistis
uidisti tu eos quibus legem nō commisisti.
homo durus es metis
ubi non seminasti. et
Iungit duo bona nō peregrinis rectoribus con
trariosq; qui naturalem legem seruant dāp
nant eos qui negligunt temporal.
congregas ubi non separ

Durus quia ar
dua est via q̄
ducit ad uitā
quā quattuor
grad' altior cau
to casus gra
uior.



¶ p libm arbitrium.

ifisti et timens abij et abscon
di talentū tuum in terra. et
ecce habes quod tuum est. Respō
dens autem dominus eius dixit ei

¶ Superbe qui calumpniam facis. ¶ Qui lucrum facere negligi sti.

Serue male et piger. sciebas quia me
to ubi non semino.

¶ Quia ab his exigo quibus non comisi ad erogandum.

et congrego ubi non spar
si oportuit ergo te
pecuniam meam
committere numula

¶ vel ceteris doctoribus ut apostolis et episcopis

riis et ueniens ego

vel contractis credentibus qui possunt pecuniam duplicare. C. J. menta discutiens quod meum est cum usu ris. i. te per gratiam bene dispensatam et per se acquisitos.

recepissem utique q.
meum est cum usuris
Tollite itaque ab eo

¶ Intellectum. ¶ Qui exteriora

talentum. et date ei

bene amministrauit sed intellectu

qui habet. x. talenta.

¶ Studium ubi erogandi dabitur gratia super gratiam.

Omni enim habenti dabitur et habun

Quare ista cogitatio non incussit tibi timorem ut scires me mea diligentius quesiturum quod dicit pro excusatione ueritur in culpam.

Cumulari sunt qui predicationem auditam malleant verbis quam opere exercere.

Nota hoc quod quod unicuique datum est in rebus mundanis vel spiritualibus pro talento imputatur de quo rationem est redditurus.

Et date ei hoc in ecclesia fieri uidemus quia plerique dum bene ministrant exteriora que accipiunt per adiunctam gratiam ad intellectum quoque mistice perducuntur.

adhuc fiunt uacuus.

cui tamen non seruit ad lucrum cui similes sunt in ecclesia qui melioris uite uias aggredi metuunt et tamen iacere in ignauia non uerentur. et cum se peccatores considerant sanctitatis uiam arripere timent. et tamen in suis iniquitatibus remanere non timent. Quorum petrus adhuc infirmus spem tenuit cum uiso piscium miraculo et dixit exi a me domine quia homo peccator. s. Immo si peccator es. dum a te non repellas quod hij faciunt quod uidentes se infirmos nolunt ad meliora progredi peccatores quidem se fatentur. et dominum repellunt. et uelut in perturbatione consilium non habent. dum moriuntur et uitam timent ac sibi blandientes per uersitate q. d. sufficit michi de me rationem reddere quid opus est aliis ministrare. ut de eis quoque cogar rationem reddere. cum in hiis excusabiles sint. qui non audita lege vel euangelio dormierunt. cum per creaturam deum dominum cognoscere potuerunt. unde dicitur. Meto ubi non semino. etc.

Omni enim. h. Multi enim naturaliter sapientes et acuti. si sunt desides. perdunt bonum nature. et premium quod erat

est promissum videtur
eandem ad alios qui hoc ha
bent unusquisque naturam
acquirunt. vel qui habet
fidem donum voluntatis
am etiam si unusquisque habet
unoquoque dabitur alterno u
dice. quibus non hoc
unusquisque. vel quibus habet a
quoquam videbitur auferri a
sancta ecclesia vitio legendi quibus
non habet. si in natura alicui
deo caleo deficere. vel qui
non habet caritatem am
mittit omnem virtutem qui
habet

Cum autem ardendus
ut proximo crucis signum
glorians triumphans
ter securum scandala
hac promissione eo cupi
ditate

Iste parabola de fine
mundi nunc exequi
tur modum futuri iu
dicii.

Duo ordines erunt in
iudicio electorum scilicet
proborum. Sz electorum
alii iudicabuntur quibus
dicetur celebrate superiores
ut xii tribus. alii iudica
buntur quibus dicetur
eiecti. redite sinistri
ma. sicut reprobi boni
alii qui gratia ecclesiam
tunc non iudicabuntur.
alii qui iudicabuntur
quibus dicetur eiecti
non dedistis michi man
ducare.

dabit. si autem qui
non habet quod in
venit habet auferet. ab
Influentia oleum quis pone. vel gigenna
eo inutilem servum
sua corrue tenebre vel cetera.
mittite in tenebras exte
Hoc de electis vel malis tunc
riores ibi erit fletus stri
Salvo ad
dor dentium. Cum autem
venerit. Quia filius hominis
In sua maiestate
in maiestate sua et omnes
angeli eius cum eo. Tunc
Congregabit
sedebit super sedem maie
statis sue. et congregab
untur ante eum omnes
gentes. et separabit eos ab invicem
Quia potius animam pro ovibus suis. Hono. Jamalus.
sicut pastor segregat oves ab hedis.
Confirmabor beatitudine hono.
Et statuet oves quidem a dextris.
Summa cena.
hedos autem a sinistris. Tunc di
Gregu. Ad beatitudinem pertin.
cet rex his qui a dextris erunt. veni
Benedictio patris mei primo ad opponendum
te benedicti patris mei
gia ista corruptione regnet ad quam predestinati
estis a constitutione mundi.
possidete paratum vob

Vel naturali
¶ Amen dico uobis quia quicumq; dixerit huic monti tollere et mittere in mare et non haesitauerit in corde suo sed crediderit quia quae dicit fiant quicquid dixerit fiet ei

¶ Propterea dico uobis omnia quaecumq; orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis

¶ Et cum stetistis orantes dimittite si quid habetis aduersus aliquem ut et pater uester qui in caelis est dimittat uobis peccata uestra

¶ Et si uos non dimiseritis nec pater uester qui in caelis est dimittet peccata uestra

¶ Et uenerunt iterum hierusalem et cum ambularet in templo accedunt ad eum principes sacerdotum et scribae et seniores

¶ Et dicunt ei in qua potestate haec facis aut quis dedit tibi potestatem hanc ut haec facias

¶ Iesus autem respondens dixit illis interrogabo uos et ego unum sermonem et respondete mihi et dicam uobis in qua potestate haec facio

¶ Baptismum ioannis de caelo fuit an ex hominibus respondete mihi

¶ Et cogitabant apud se dicentes quia si dixerimus de caelo dicet quare ergo non credidistis illi

¶ Si autem dixerimus ex hominibus timebamus turbam omnes enim habebant ioannem uere prophetam esse

¶ Et respondentes dicunt iesu nescimus

¶ Et iesus respondens ait illis nec ego dico uobis in qua potestate haec facio

¶ Et coepit illis in parabolis loqui

¶ Vinea plantauit homo et circumdedit sepem et fodit lacum et aedificauit turrem et locauit eam agricolis et peregre profectus est

¶ Et tempore misit ad agricolas seruum ut a agricolis acciperet de fructu uineae

¶ Qui adprehensum eum eum uerberauerunt et dimiserunt uacuum

¶ Et iterum misit ad illos alium seruum et illum in capite uulnerauerunt et contumelia affecerunt

¶ Et alium misit et illum occiderunt et multos alios quos quidem caedentes quosdam uero occidentes

¶ Adhuc unum habebat filium carissimum suum et illum misit ultimum ad eos dicens quia uerebuntur filium meum

¶ Coloni autem dixerunt ad inuicem hic est heres uenite occidamus eum et nostra erit hereditas

¶ Et adprehendentes occiderunt eum et eiecerunt extra uineam

¶ Quid ergo faciet dominus uineae ueniet et perdet colonos et dabit uineam aliis

¶ Nec scripturam hanc legistis lapidem quem reprobauerunt aedificantes hunc factum est in caput anguli

¶ A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris

¶ Et quaerebant eum tenere et timuerunt turbam cognouerunt enim quia ad ipsos parabolam dixit et relicto eo abierunt

¶ Et mittunt ad eum quosdam de pharisaeis et herodianis ut eum captionibus circumuenirent

¶ Qui cum uenissent dicunt ei magister scimus quia uerax es et non curas quemquam non enim respicis personam hominum sed in ueritate uiam dei doces licet tributum dare caesari aut non

¶ Dabimus aut non dabimus

¶ Qui sciens eorum hypocrisim dixit ad illos quid me temptatis adferte mihi denarium ut uideam

¶ Illi autem attulerunt et ait illis cuius habet imaginem et superscriptionem

¶ Dicunt ei caesaris

¶ Et respondens iesus dixit illis reddite quae sunt caesaris caesari et quae sunt dei deo

¶ Et mirabantur super eo

¶ Et uenerunt sadducaei qui dicunt resurrectionem non esse et interrogabant eum dicentes

¶ Magister moyses scripsit nobis ut si cuius frater mortuus fuerit et dimiserit uxorem et filios non reliquerit ut accipiat frater eius uxorem eius et suscitet semen fratri suo

¶ Septem fratres erant et primus accepit uxorem et mortuus est non habens semen

¶ Et secundus accepit eam et mortuus est nec ipse habens semen et tertius similiter

¶ Et septem eam non reliquerunt semen nouissima omnium defuncta est et mulier

¶ In resurrectione ergo cum resurrexerint cuius de his erit uxor septem enim habuerunt eam uxorem

¶ Et respondens iesus dixit illis nonne propterea errastis quia nescitis scripturas neque uirtutem dei

¶ Cum enim a mortuis resurrexerint neque nubent neque uxores ducent sed sunt sicut angeli in caelis

¶ De mortuis autem quod resurgant non legistis in libro moysi super rubum quomodo dixerit illi deus dicens ego sum deus abraham et deus isaac et deus iacob

¶ Non est deus mortuorum sed uiuorum uos ergo multum erratis

¶ Et accedens unus de scribis qui audierat illos conquirentes simul et uidens quoniam bene illis respondisset interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum

¶ Iesus autem respondit quia primum omnium mandatum est audi israel dominus deus noster dominus unus est

¶ Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex tota fortitudine tua hoc est primum mandatum

¶ Secundum autem simile illi est hoc diliges proximum tuum sicut te ipsum maius horum aliud mandatum non est

¶ Et ait illi scribe bene magister ex ueritate dixisti quia unus est deus et non est alius praeter eum

¶ Et ut diligere eum ex toto corde et ex tota mente et ex tota anima et ex tota fortitudine et diligere proximum tamquam se ipsum maius est omnibus holocaustomatibus et sacrificiis

¶ Iesus autem uidens quia sapienter respondisset dixit illi non es longe a regno dei

¶ Et nemo iam audebat eum interrogare

¶ Et respondens iesus dicebat docens in templo quomodo dicunt scribae christum filium esse dauid

¶ Ipse enim dauid dixit in spiritu sancto dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum

¶ Ipse ergo dauid dicit eum dominum et unde filius eius est

¶ Et libenter eum audiebat turba multa

¶ Et dicebat in doctrina sua cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare et salutationes in foro

¶ Et in primis cathedris sedere et primos discubitus in conuiuiis

¶ Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixae orationis hi accipient prolixius iudicium

¶ Et sedens iesus contra gazophylacium aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophylacium et multi diuites iactabant multa

¶ Et cum uenisset una uidua pauper misit duo minuta quod est quadrans

¶ Et conuocans discipulos suos ait illis amen dico uobis quoniam uidua haec pauper plus quam omnes qui miserunt in gazophylacium

¶ Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt ipsa autem de penuria sua omnia quae habuit misit totum uictum suum

¶ Et cum egrederetur de templo dicit illi unus discipulorum suorum magister aspice qualibus lapidibus et qualibus aedificiis

¶ Et iesus dixit illi uides has magnas aedificationes non remanebit lapis super lapidem qui non destruatur

¶ Et cum sederet in monte oliueti contra templum interrogabant eum seorsum petrus et iacobus et iohannes et andreas

¶ Dic nobis quando haec erunt et quod signum cum incipient haec consummari

¶ Et respondens iesus coepit dicere illis uidete ne quis uos seducat

¶ Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum et multos seducent

¶ Cum audieritis autem proelia et opiniones proeliorum nolite turbari oportet enim haec fieri sed nondum finis

¶ Surget enim gens contra gentem et regnum aduersus regnum et terrae motus per loca et fames erunt haec initia dolorum

¶ Uos autem uidete uosmetipsos tradent enim uos in consiliis et in synagogis uapulabitis et ante praesides et reges stabitis propter me in testimonium illis

¶ Et in omnes gentes primum oportet praedicari euangelium

¶ Et cum adducent uos tradentes uos nolite praemeditari quid loquamini sed quodcumque datum fuerit uobis in illa hora hoc loquimini non enim estis uos qui loquimini sed spiritus sanctus

¶ Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes et morte adficient eos

¶ Et eritis odio omnibus propter nomen meum qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit

¶ Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet qui legit intellegat tunc qui in iudaea sunt fugiant ad montes

¶ Et qui in tecto non descendat in domum nec introeat ut tollat aliquid de domo sua

¶ Et qui in agro est non reuertatur post tollere uestimentum suum

¶ Uae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus

¶ Orate autem ut non fiat hiemis

¶ Erunt enim dies illi tribulatio talis qualis non fuit talis ab initio creaturae quam condidit deus usque nunc et non fiet

¶ Et nisi breuiasset dominus dies non fuisset salua omnis caro sed propter electos quos elegit breuiauit dies

¶ Et tunc si quis uobis dixerit ecce hic est christus ecce illic nolite credere

¶ Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa et prodigia ad seducendos si fieri potest etiam electos

¶ Uos autem uidete praedixi uobis omnia

¶ Sed in illis diebus post tribulationem illam sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum

¶ Et stellae caeli erunt decidentes et uirtutes quae in caelis sunt mouebuntur

¶ Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa et gloria

¶ Et tunc mittet angelos et congregabit electos suos a quattuor uentis a summo terrae usque ad summum caeli

¶ A ficu autem discite parabolam cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata germinauerint scitis quia prope est aestas

¶ Ita et uos cum uideritis haec fieri scitote quia prope est in ianuis

¶ Amen dico uobis quia non praeteribit generatio haec donec omnia haec fiant

¶ Caelum et terra transibunt uerba autem mea non praeteribunt

¶ De die autem illa uel hora nemo scit neque angeli in caelo neque filius nisi pater

¶ Uidete uigilate et orate nescitis enim quando tempus sit

¶ Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam et dedit seruis suis potestatem cuique operis et ianitori praecepit ut uigilet

¶ Uigilate ergo nescitis enim quando dominus domus ueniat sero an media nocte an galli cantu an mane

¶ Ne cum uenerit subito inueniat uos dormientes

¶ Quod autem uobis dico omnibus dico uigilate

¶ Et post biduum pascha erat et azyma et quaerebant principes sacerdotum et scribae quomodo eum dolo tenentes occiderent

¶ Dicebant autem non in die festo ne forte tumultus fieret in populo

¶ Et cum esset iesus bethaniae in domo simonis leprosi et discumberet uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi et fracto alabastro effudit super caput eius

¶ Erant autem quidam indignantes apud semetipsos et dicebant ut quid perditio haec unguenti facta est

¶ Potuit enim unguentum istud uenire plus quam trecentis denariis et dari pauperibus et fremebant in illam

¶ Iesus autem dixit sinite illam quid illi molesti estis bonum opus operata est in me

¶ Semper enim pauperes habetis uobiscum et cum uolueritis benefacere illis me autem non semper habetis

¶ Quod habuit haec fecit praeuenit ungere corpus meum in sepulturam

¶ Amen dico uobis ubicumque praedicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo et quod fecit haec narrabitur in memoriam eius

¶ Et iudas iscariotes unus de duodecim abiit ad principes sacerdotum ut proderet eum illis

¶ Qui audientes gauisi sunt et promiserunt pecuniam se daturos esse et quaerebat quomodo illum oportune traderet

¶ Et prima azymorum cum pascha immolarent dicunt ei discipuli eius quo uis eamus et parabimus tibi ut manducas pascha

¶ Et mittit duos ex discipulis suis et dicit eis ite in ciuitatem et occurret uobis homo lagenam aquae portans sequimini eum

¶ Et quocumque introierit dicite patri familias quia magister dicit ubi est refectio mea ubi pascha cum discipulis meis manducem

¶ Et ipse uobis demonstrabit coenaculum grande stratum et parabile et illic parate nobis

¶ Et exierunt discipuli eius et uenerunt in ciuitatem et inuenerunt sicut dixerat illis et parauerunt pascha

¶ Et cum uespera esset uenit cum duodecim

¶ Et discumbentibus eis et manducantibus ait iesus amen dico uobis quia unus ex uobis tradet me qui manducat mecum

¶ Qui coeperunt contristari et dicere illi numquid ego

¶ Ipse autem dixit illis unus ex duodecim qui intingit mecum manum in paropside

¶ Et filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo uae autem homini illi per quem filius hominis tradetur bonum erat ei si natus homo non fuisset

¶ Et manducantibus illis accepit iesus panem et benedixit et fregit et dedit eis et ait sumite hoc est corpus meum

¶ Et accepto calice gratias egit et dedit eis et biberunt ex illo omnes

¶ Et ait illis hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur

¶ Amen dico uobis quia iam non bibam de hoc genimine uitis usque in diem illum cum illud nouum bibam in regno dei

¶ Et hymno dicto exierunt in montem oliueti

¶ Et ait illis iesus omnes scandalum patiemini in me in nocte hac quia scriptum est percutiam pastorem et dispergentur oues

¶ Sed postquam resurrexero praecedam uos in galilaeam

¶ Petrus autem ait illi et si omnes scandalizati fuerint sed non ego

¶ Et ait illi iesus amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac antequam gallus bis uocem dicat ter me negabis

¶ At ille amplius loquebatur si oportuerit me simul commori tibi non negabo similiter autem et omnes dicebant

¶ Et uenerunt in praedium cui nomen gethsemani et dicit discipulis suis sedete hic donec orem

¶ Et assumpto petro et iacobo et iohanne secum coepit pauere et taedere

¶ Et ait illis tristis est anima mea usque ad mortem sustinete hic et uigilate

¶ Et cum processisset paululum procidit super terram et orabat ut si fieri posset transiret ab eo hora

¶ Et dixit abba pater omnia tibi possibilia sunt transfer calicem hunc a me sed non quod ego uolo sed quod tu

¶ Et uenit et inuenit eos dormientes et dicit petro simon dormis non potuisti una hora uigilare

¶ Uigilate et orate ut non intretis in temptationem spiritus quidem promptus est caro autem infirma

¶ Et iterum abiit et oravit eundem sermonem dicens

¶ Et reuersus iterum inuenit eos dormientes erant enim oculi eorum grauati et nesciebant quid responderent ei

¶ Et uenit tertio et dicit eis dormite iam et requiescite sufficit uenit hora ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum

¶ Surgite eamus ecce qui me tradet prope est

¶ Et statim adhuc illo loquente uenit iudas iscariotes unus de duodecim et cum eo turba multa cum gladiis et lignis a principibus sacerdotum et scribis et senioribus

¶ Dederat autem traditor eius signum eis dicens quem osculatus fuero ipse est tenete eum et ducite caute

¶ Et cum uenisset statim accedens ad eum ait rabbi et osculatus est eum

¶ Illi autem manus iniecerunt in eum et tenuerunt eum

¶ Unus autem quidam de astantibus educens gladium percussit seruum principis sacerdotum et abscidit auriculam eius

¶ Et respondens iesus ait illis tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me

¶ Quotidie apud uos eram docens in templo et non me tenuistis sed ut impleantur scripturae

¶ Et relinquentes eum omnes fugerunt

¶ Et adolescens quidam sequebatur illum amictus sindone super nudo et tenuerunt eum

¶ At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis

¶ Et adduxerunt iesum ad principem sacerdotum et conuenerunt omnes principes sacerdotum et seniores et scribae

¶ Et petrus a longe secutus est eum usque intro in atrium principis sacerdotum et sedebat cum ministris et calefaciebat se ad lumen

¶ Principes autem sacerdotum et omne consilium quaerebant aduersus iesum testimonium ut eum morti traderent et non inuenerunt

¶ Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum et conueniebant testimonia eorum

¶ Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes

¶ Quoniam nos audiuimus eum dicentem quia ego destruam templum hoc manufactum et per triduum aliud non manufactum aedificabo

¶ Et nec sic quidem conueniebat testimonium eorum

¶ Et exurgens princeps sacerdotum in medium interrogauit iesum dicens nihil respondes ad ea quae isti aduersum te testificantur

¶ Ille autem tacebat et nihil respondit

¶ Iterum princeps sacerdotum interrogabat eum et dicit ei tu es christus filius dei benedicti

¶ Iesus autem dixit illi ego sum et uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei et uenientem cum nubibus caeli

¶ Principes autem sacerdotum accusabant eum multa

¶ Pilatus autem rursum interrogabat eum dicens nihil respondes ad ea quae tibi obiciuntur

¶ Iesus autem amplius nihil respondit ita ut mirari pilatum

¶ Per diem autem festum dimittebat illis unum ex uinctis quem petissent

¶ Erat autem qui dicebatur barabbas cum seditionariis uinctus qui in seditione fecerant homicidium

¶ Et cum ascendisset turba coepit rogare sicut semper faciebat illis

¶ Pilatus autem respondit eis et dixit uultis dimittam uobis regem iudaeorum

¶ Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum principes sacerdotum

¶ Et concitauerunt principes sacerdotum populum ut magis barabbam dimitteret eis

¶ Pilatus autem rursum respondens ait illis quid uultis faciam regi iudaeorum

¶ Illi autem iterum clamauerunt crucifige eum

¶ Pilatus autem dicebat illis quid enim fecit malum at illi magis clamabant crucifige eum

¶ Pilatus autem uolens populo satisfacere dimisit illis barabbam et iesum flagellis caesum tradidit ut crucifigeretur

¶ Milites autem duxerunt eum in atrium praetorii et conuocant totam cohortem

¶ Et induunt eum purpura et imponunt ei plectentes spineam coronam

¶ Et coeperunt salutare eum ecce rex iudaeorum

¶ Et percutiebant caput eius harundine et conspuebant eum et ponentes genua adorabant eum

¶ Et postquam illuserunt ei exuerunt eum purpura et induerunt eum uestimentis suis et educunt eum ut crucifigerent eum

¶ Et angariauerunt praetereuntem quendam simonem cyrenaeum uenientem de uilla patrem alexandri et rufi ut tolleret crucem eius

¶ Et perducunt eum in golgotha locum qui dicitur caluariae

¶ Et dabant ei bibere uinum myrratum et non accepit

¶ Et crucifigunt eum et diuidunt uestimenta eius mittentes sortem super eis quis quid tollat

¶ Erat autem hora tertia et crucifixerunt eum

¶ Et erat titulus causae eius inscriptus rex iudaeorum

¶ Et cum eo crucifigunt duos latrones unum a dextris et unum a sinistris eius

¶ Et impleta est scriptura quae dicit et cum iniquis reputatus est

¶ Et praetereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua et dicentes

¶ Uah qui destruis templum et in triduo reaedificas

¶ Saluum fac temetipsum et descende de cruce

¶ Similiter et principes sacerdotum inludentes ad inuicem cum scribis dicebant alios saluos fecit se ipsum non potest saluum facere

¶ Christus rex israel descendat nunc de cruce ut uideamus et credamus et qui cum illo crucifixi erant conprobrabant ei

¶ Et sexta hora facta est tenebrae super uniuersam terram usque in horam nonam

¶ Et hora nona clamauit iesus uoce magna eloi eloi lama sabacthani quod est interpretatum deus meus deus meus ut quid dereliquisti me

¶ Et quidam de astantibus audientes dicebant ecce heliam uocat

¶ Et cucurrit unus et implens spongiam aceto et circumponens harundini potum dabat illi dicens sinite uideamus an ueniat helias deponere eum

¶ Iesus autem emisit uocem magnam et expiauit

¶ Et uelum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum

¶ Uidens autem centurio qui ex aduerso illo stabat quia sic clamans expiauit dixit uere filius dei erat homo iste

¶ Erant autem et mulieres de longe aspicientes inter quas erat et maria magdalene et maria iacobi minoris et ioseph mater et salome

¶ Et cum esset in galilaea secutae sunt eum et ministrabant ei et alia multa quae simul ascenderant hierusalem

¶ Et cum iam sero esset factum quia erat parasceue quod est ante sabbatum

¶ Uenit ioseph ab arimathia nobilis decurio qui et ipse erat expectans regnum dei audacter introiuit ad pilatum et petiit corpus iesu

¶ Pilatus autem mirabatur si iam obisset et accersito centurione interrogauit eum si iam mortuus esset

¶ Et cum ab centurione cognouisset donauit ioseph cadauer

¶ Ioseph autem mercatus sindonem et deposito eum inuolutum sindone posuit eum in monumento quod erat excisum de petra et aduolui saxum ad ostium monumenti

¶ Maria autem magdalene et maria ioseph aspiciebant ubi poneretur

¶ Et cum transisset sabbatum maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata ut uenientes ungerent iesum

¶ Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum orto iam sole

¶ Et dicebant ad inuicem quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti

¶ Et respiciunt et uident reuolutum lapidem erat quippe magnus ualde

¶ Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida et obstupuerunt

¶ Qui dicit illis nolite expauescere iesum quaeritis nazarenum crucifixum surrexit non est hic ecce locus ubi posuerunt eum

¶ Sed ite dicite discipulis eius et petro quia praecedit uos in galilaeam ibi eum uidebitis sicut dixit uobis

¶ Et exeuntes fugerunt a monumento tenebat enim eas tremor et pauor et nemini dixerunt timebant enim

¶ Surgens autem mane prima sabbati apparuit primo mariae magdalene de qua eiecerat septem daemonia

¶ Illa abiit nuntiauit his qui cum eo fuerant lugentibus et flentibus

¶ Et illi cum audissent quia uiuit et uisus est ab ea non credidit

¶ Et post haec duobus ex illis ambulantibus ambulabat manifestatus in alia effigie euntibus in uillam

¶ Et illi nuntiauerunt ceteris nec illis quidem credidit

¶ Et recumbentibus illis undecim apparuit illis et exprobrauit incredulitatem eorum et duritiam cordis quia his qui uiderant eum resurgentem non credidissent

¶ Et dixit eis euntes in mundum uniuersum praedicate euangelium omni creaturae

¶ Qui credidit et baptizatus fuerit saluus erit qui uero non credit condemnabitur

¶ Signa autem eos qui crediderint haec sequentur in nomine meo daemonia eicient linguis loquentur nouis

¶ Serpentes tollent et si mortiferum quid biberint non eis nocebit super aegros manus imponent et bene habebunt

¶ Et dominus quidem iesus postquam locutus est eis assumptus est in caelum et sedet a dextris dei

¶ Illi autem profecti praedicauerunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis

¶ Amen

¶ qz uiderat eos timere. ¶ h sunt.

cepit ihc dicere que eent ei uentura. Quia ecce as

¶ ad quem petunt pati. non pot diuinitas pati

scendimus ierosolimam et filius hominis tradetur.

uel ledi.

principibus sacerdotum et scribis et senioribus et condem

pnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus et illu

dent et spuent eum. et flagellabunt eum et interficient

eum. et tertia die surrexit. Et accedunt ad eum iacob

et iohannes filii zebedei dicentes.

Mathe: dicit matrem postulasse. sz marcus dicit ipsos desiderium eorum uolens aperire. quorum consilio mater petebat et uniuersaliter euangelista dominus non mari sed ipsis respondebat.

¶ astute sn nomine

Magister uolumus. ut quodcumque

petierimus fatias nobis. At ille dixit

¶ interrogat ut simplicia confessos corrigat

eis. Quid uultis ut faciam uob. Et dixe

runt. Da nob ut unus ad dexteram

et alius ad sinistram sedeamus in gloria tua. Ihc a

¶ Regnare uultis qui non mereuistis culmen honoris sine exercitio laboris ¶ passionem. unde

dixit eis. Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem

appropinquante passione. pater suus transfert calicem hunc a me. ¶ Id quod calix

¶ i. tinctura passionis.

quem ego bibiturus sum. aut baptismo quo ego baptizor

unde alibi de passione suadebit. ¶ baptismo habeo baptizari quomodo coarcor usque dum perficiatur.

baptizari. At illi dixerunt ei. possumus. Ihc autem

B. Iacob ab herode truncatus. Iohannes inferuentis olei dolio missus. unde ad coronam martirii ad leta xpi processit. statimque in pathmos ligatus. itaque et martirio animo nimis defuit et calicem confessionis bibit quem biberunt

autem ait illis calicem meum bibetis

quidem et baptismo quo ego bapti

zor baptizabimini. Sedere autem

¶ Quasi uultis ut hec tribuam uob sz regnum celorum non est dantis sz accipientis. Non enim personarum acceptio apud d. sz quicumque dignus fuerit accipiet quod non persone sed uite paratum est.

ad dexteram meam uel sinistram non

est meum dare uobis. sed quibus
paratum est. Audientes .x. indi
gnati sunt de iacobo et iohanne.
Ihc autem uocans eos ait illis. Sci
tis quia hii qui uidentur dnari
gentibus dominantur eis et prin
cipes eorum potestatem habent
ipsorum. Non ita est autem in uob
Sed quicumque uoluit fieri maior
erit uester minister. Et quicum
que uolierit in uob primus esse.
erit omnium seruus.
Nam et filius hois
n uenit ut mini
straretur ei. sed ut
ministret et daret
aiam suam redemptio
ne pro multis. Et
ueniunt iericho. Et proficiscente

Appropinquans g dominus iericho cecus illuminauit. quia in carne ueniens et passioni appropinquans non multos ad fidem adduxit. Non enim primo. sed paucis annis. ante quam pateret lumen uerbi exhibuit. sed de iericho proficiens cecos illuminauit. qui resurgens a mortuis atque ascendens in celum. spm sanctum apostolis misit. eosque ad illuminationem omnium plorum in mundum dispersit.

Nota eum qui ministrat hois filium appellari.

In carne quod debetis amplecti etc.

In carne

In tantum et ut aiam daret.

Non pro omnibus sed pro his qui credere uoluerunt.

Iericho luna uel anathema quod congruit appropinquanti passioni defectus carnis xpi preparatio

in campo tres pueri. licet persecutor sanguinem non fuderit.

Uob adhuc superbis. quasi si multis accipere. Nolite esse quod estis aliis paratum est. et uos alii estote. et uob paratum est quod est prius humiliamini qui iam multis exaltari.

Humilis magister et pius et mitis. nec cupiditatis immodice duos arguit. nec decem indignationis increpat et liuoris. sed docet maiorem esse qui minor fuit et dnum qui seruus fit. frustra igitur ad aut illi ad maiora suspirant ut hii super illorum desiderio doleant cum ad summitatem uirtutum non potentia sed humilitas ducat. Suum denique proponit exemplum. ut si dicta parui penderent ad opera erubescant. Nam et filius. ho. etc.

Et proficiscente eo de iericho Quia ascendente ad celos dno et fidelibus sequentibus cunctis .s. electis. ab initio mundi cum illo regnum celeste ingredientibus mox gentium popl diu perfidia cecus audito xpi aduentu cepit salutis lumen sperare. Iuxta uiam sedens mendicat quia mundum ueritatis iter agnoscens sedula desiderii inquisitione ad hoc uenire contendit. Ut cornelius. qui deum quem colebat crebris precibus ut se illuminaretur orabat transeundo audit. et stando illuminat quia humanitatem miseretur in qua natus passus resurrexit.

assentiuntur que est actio tempalis
transitoria stantis cecum illumi
nat quia ubi cecutiat non transit
que inse manens omnia innouat
Sciatis deu est incommutabilis dispulan
one mutabilia cuncta disponens
Qui ergo cantiens audit stantis il
luminat quia qui propter temp
ralia peculit unde nob lumen tribu
it unde cunctorum mutabilium artifex
uelcit

Marchi in hoc loco ducit duos
cecos lecui nam sedentem illumi
nat. lucas cum appropinqua
ret iericho unum illuminatum
par ordine. Lucas scribit quod
marchus omittit. Qd autem hoc lo
co marchi dicat marcum unum
dicit alterum non negat. Sciend
est unum tm fuisse notissimum
Vnde nomen eius patris marci
commemorat. quod minime fecis
set cum ceteros nominet ipse
sit. qua re ille nobilis fuit. Ter
tie qua de celitate deiecti nos
time. famose miserie fuit. quod
non solum cecus. uerum etiam medi
cus sedebat. Huic ergo illuminan
dum marcus describit. quia im
mundo maiorem famam compa
rauit

Quocum audisset turbam populi
gentium qui ambulabat audi
ta fama xpi cum suis parum xpi que
rebat fieri contra dicebant multa
primo uidet. postea etiam gentes
ne illuminandus fanandus ac
mundus xpm inuocaret. nec in ad
uentum predominatoris certam por
tat impugnantium furor pro
hibere.

est celestibus iericho unde re
uocho deleuerit. iericho. i.
lunam pacta appinquat

eo de iericho. et discipulis eius et plima multitudine filius thimei barthi

Iesus barthimeus sedet cecus
a ludeorum quibus
bus time ad unum habet ge
nos. Et cecus quod dicit illu
minatur hominis est lux
ne lumen quo ipse est uelet

meus. cecus se

ipse do nature ad confirmandam cecitatem. per quam
uerum lucem comprehendere iericho luna que defectui
mutabilitati signum
carnis de lo quidam delec
tabat alterius iericho re

detur nunc una

Cum scripturam seruat nec complet unc mia modicas etatis

mendicans. Qui cum audisset

quia ihc nazarenus est cepit cla

Iesu fili dauid per merita patriarcharum illuminatur
iudaeus populus cui adest misericors deus. misericordia illu
minans cecos. regens claudos.

marc. et dicere fili dauid ihu mi

Et. sed cum demones et cospellant clamore pauperes. exaudit
dominus.

fecerit mei. et comminabantur mlti

Typice bonum apro
pinquanti iericho. il
luminatur. quia an
te passionem suam
unum cum duobus ceis predicatur. per hoc ui
dent de iericho duos qui
post resurrectionem et
assentionem per apli
ruderis. gentis. et eterne
dominicam. et assumpte
humanitatis archana
patefecit. per asinum unum
scribit. qui ad gentes qui
scilebat. per pullum qui non
aluce erant alienigene
cerant. quanto fuerunt
fiori. tanto illuminatio
gratiori. per duos
qui hebraici credentes
scilebat euangelium qd
ad gentium quoque uoca
tionem erat preuenturum ut
ad cole unam fidei gre
panere doceretur. hinc
enim est quod marcus
asinum et pullum re
fert. alius uel qui gentes
scribunt connectit asi
num tanti additum duc

Jesu. Commendet or do salutis auctum pmo deinde clamat mul prohibent vocatur pr ap̃los turgit mul per penitentiam cauntur per bapt̃m unctio gantur p uoluntatem. vide qu proiecto uestimento &c. l. exiliuit mulier dicat ur hymen̄ salutis super montes segnit̃es ascendent pauit aurhat pphat ap̃los matris considerant.

et ut taceret. Sr

Jesu. Jn grauescentre bello mau gratiẽ de sunt. ad ap̃los ad ut turbas cum clamore. t. ihm.

ille multo magis

Jhc̃s

clamabat fili da

uid miserere mei

Jam credentes

Jhc̃ transiens

per illum uocant.

Jpr ap̃los

t uocant iterum

J. i. prosequeta

dicentes ei ammequior esto. Sur

Jper penitentiam

Jper bapt̃m. Jquid uetera uoce

ge uocat te. Jam proiecto uestimẽ

Jo hymn̄ super montes

to suo exiliens uenit ad eum.

Jpro mpsit uoluntatem completione desiderij remuneratr

vñ ꝯ dum̄q; precatus parẽ monumone credentes acceperat.

Et respondens ihc dixit ei. Quid

tibi uis faciam. Cecus dixit ei.

Jmagister Jrequiram.

Quam petit a domino hanc

requirat ut videat uoluntatẽ do.

Videt requirit qui q. bene intelligit operatur. Sequuntur ei ut unde iquit unchi mundicat. u. le. Jnuma consideret mus quanta gradiuntur sequamur p humilitatem per salutes.

Ralum ut videa.

Jhc autem dixit

ei. Vade fides tua

te saluum fecit.

Et confestim uidit et sequebatur

eum multa. Et cũ appinq̃uet

Alle. Et uocauit eos. Cecos

clamantem dominum uocat

dum populo gentium lectum

tiam uerum ad deliramus per

sanctos predicatores uerbũ

fidei continet qui uocatus et ce

cum animequiorem esse et

iungere. ad eumq; uenit te pre

apuum. cum predicando ip̃e

salutis hẽ. de turbis recipere

iungere atq; ad uerum lumen

quibus illuminati mercantẽ

accingi iubent. l. accedere ad

eum illuminatum. recur

ge qui dñs. l. Jam proiecto

uestimento. l. abiecta mundi

cura, et pristino mentis gressu

ad datorem lucis properat.

.V. Quid tibi uis fac ꝯ dm ue

lit. sed pro multo quod ille daret

mal petere suos tat qui tm pa

tum ammonet cadiandum. t

tudicios sit namq; pater uẽ

quid opus sit antequam pe

tatis. Ad hoc ergo requirit ut

petatur. non ad oratiõẽ excitet.

Vide cecus ualuit ut uideam.

Jlon autem quem̃ uit petat

non ad orationem excitet. l.

lucem. Cecus enim diurnal hẽ

poterat. l. non uidere quod hẽt

exemplo hui. Si falsas diu

nal quereamus sed lucem q̃.

cum solus anglis uidere pollu

mus ad quam ma eos fidei.

Vide illuminato ceco dicitur

vade f. t. t. sa. te.

Via que ducit ego sum. uia

uerum. uita. hec est illa an

gustia que ducit ad uitam

celum. Ite hac ite ad mortẽ diua

rũ q̃ nõ sumus nisi cõsolatois.

XI

Cec. i. iuian gen

.B. Bethania ulla luce contra
ulatere montis oliueti. qui stadys
xu. abeccliu. Vbi lazarus suscitatus e
domus obediencie unde inceperant
rlem ierusalem uenientis. mundi
sanguine redempturus. primo bethania
am uenit ubi adhuc mulierē unctē
eū qui multis ante passionem dominū
dominum libri obediencie scribit. quoniā
pria actione qui odorifero unguento de
lectatur. huic ciuitati etiam. hierusalē
te oliueti posita dr ut ecclia. pgrinā
dr esse saluanda significauit. quam um
ctione spūalium carismatum. rillumi
ne rpi etiam luce fouet. ipsi enim
oliuen spūalū distributor grām. ne
autem abscondere ciuitati hui⁹
huic montem potiā nunc duxit e
dicipulis unicastellum quod contra eos
dedicet. i. quandocta uel barbara. ubi
loca. qui oppidis castellis mem a predica
none diuertere. duos sp uenturis scien
nam ropeis munditiam.

.B. Alle. Et cū iam ei⁹ adventum
mundum predicatorē inuenerit
ppulum nationum peccatorum tu
multis aligatum rectam uiā dominī
ignorantem peccauerunt. unde ap
math. alma quo ep cum pullo alliga
ta reperitur que sub iugalis. recidentia
significē synagogam. que iugum legis
accepit pullus iacuit. adhuc gentes.
Super quem nemo adhuc sedis. qua
nemo rationabiliū doctor. ad hanc
correctionis impetum quo ul iniquā
amalo cohiberet. ul in arcta iuste tuā
te cogeret. duo discipuli ad animalia
missi. duo ordines predicatorum. ui
ingentes. ad uitā marcum cisionis mul
tas. Et ecce mue. p. rē. Vñ pullus
ante ianuam foris inuenitur. ubi
nio. ianua enim ligatus. est ille qui
ait. Ego sum ianua ouium. p me si quis

Dilion pacis ipsimobilis
felicitas que est mater
omnium uirtutū nostrā

reconsolime et
berhanie ad
montem oli
ueti mittit du
os Canonice uentibus ppa
lectionem dei ipsorum.
os ex discipulis
suis contra illis.
Ite in castellū
quod ē uos ē.
Et statim intro
euntes illic in
uenietis pullū
gentes.
peccati.
ligatum sup
nemo adhuc
Irrationabiliū doctorum
corrigendo.
hominum sedit. Solute
ad ducite illum. Et si quis uo
bis aliquid dixerit quid fa
tis dicite quia necessarius est
continuo illum dimittit
huc. Et abeuntes inuenerūt

.B. Iesus. Bene nostrā
bus nutrimur
quia carnal non
uino. Vnde de
sol. duo eiuscem
hebreo de egypto. duo
portant lignum de
cera sancta. ut sem
per spōsa ecclia
gaut operi sacramē
duo mandata de
duab; tabulis pu
fecant. ut duobus
tonsuris abluant
abluant. ut duobus
ueribus archam do
mini portant. ut
duo cherubin cla
cognoscant spūs
mente psallentes.

Pullus ligatus
mundi. qui
soluunt. ut mant
populis gentilis est
ligatus ante tan
am fidei cunctum
clis peccatoris. cuius
iudicio stat ut liber
tatem arbitrii. ut
bitrat inter mortē
uitam.



pullum ligatum ante ianuam foris in bruno. & solu
unt eum. Et quidam de illis stantibus dicebat illis. Quid
facitis soluentes pullum. Qui
dixerunt illi sicut præceperat
deus & dimiserunt eos. Et
adduxerunt pullum ad
illum & imposuerunt illi uesti
menta sua & ipse insedit super eum.

Plurima autem straverunt uestimenta sua
in uia. Alii autem cedebant ramos
de arboribus & sternebant
in uia.

Et qui ibant & qui sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine domini. benedictum quod uenit regnum in nomine domini dauid. osanna in excelsis.

Et ingressus ierusalem in templum. & circumspiciens omnia cuncta. cum iam uespera esset hora undecima exiit in bethaniam cum duodecim.

Et cum exirent de bethania esurijt. Et cum uidisset a longe ficum habentem folia uenit si forte inueniret in ea aliquid. Et cum uenisset ad eam nichil inuenit nisi folia. Non enim erat tempus ficorum. Et respondens ihesus dixit ei. Non amplius ex te fructum quisquam manducet in eternum. Et audiebant discipuli eius.

Et uenerunt iterum ierusalem. Et cum introisset ihesus in templum. cepit eicere uendentes & ementes in templo. Et mensas numulariorum & cathedras uendentium columbas subuertit. Et non sinebat ut quisquam transferret uas per templum. Et docebat dicens eis. Nonne scriptum est. Quia domus mea domus orationis uocabitur cunctis gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et audierunt scribe & principes sacerdotum. & quærebant quomodo illum perderent. timebant enim eum. Omnis enim turba mirabatur super doctrina eius.

Et cum sero fieret egressus est de ciuitate. Et mane cum transirent uiderunt ficum aridam factam radicitus. Et recordatus petrus dixit ei. Rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens ihesus ait illis. Habete fidem dei. Amen dico uobis quia quicumque dixerit huic monti. Tollere & mittere in mare. & non hesitauerit in corde suo. sed crediderit quia quæcumque dicit fiant. fiet ei quicquid dixerit. Propterea dico uobis omnia quæcumque orantes petitis credite quia accipietis & fiet uobis. Et cum stetistis orantes dimittite si quid habetis aduersus aliquem. ut & pater uester qui in cælis est dimittat uobis peccata uestra. Si autem uos non dimiseritis. nec pater uester qui in cælis est dimittet peccata uestra.

Et ueniunt iterum ierusalem. Et cum ambularet in templo. uenerunt ad eum principes sacerdotum & scribæ & seniores. Et dicebant ei. In qua potestate hæc facis. aut quis dedit tibi potestatem hanc ut hæc facias. Ihesus autem respondens dixit ad illos. Interrogabo & ego uos unum sermonem. & respondete mihi. & dicam uobis in qua potestate hæc facio. Baptismum iohannis de cælo fuit an ex hominibus. Respondete mihi. Et cogitabant apud se dicentes. Si dixerimus de cælo. dicet. Quare ergo non credidistis ei. Si autem dixerimus ex hominibus. timebamus turbam. Omnes enim habebant iohannem quia uere propheta erat. Et respondentes dicunt ihesu. Nescimus. Et ihesus ait illis. Neque ego dico uobis in qua potestate hæc facio.

Et cum turba multa conuenisset. & ciuitates properarent ad eum. dixit per similitudinem. Homo quidam habebat duos filios. Et accedens ad primum dixit. Fili uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autem pœnitentia motus abiit. Et accedens ad alterum dixit similiter. Ille autem respondens ait. Eo domine. & non abiit. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris. Dicunt ei. Primus. Dicit illis ihesus. Amen dico uobis quia publicani & meretrices præcedunt uos in regnum dei. Venit enim ad uos iohannes in uia iustitiæ & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices credidere ei. Vos autem cum uidissetis nec pœnitentiam habuistis postea ut credatis illi.

Et alias parabolam audite. Homo erat pater familias qui plantauit uineam & sepem circumdedit ei & fodit in ea torcular & ædificauit turrim & locauit eam agricolis & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius unum cæciderunt. alium occiderunt. alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus. & fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens. Reuerebuntur filium meum. Agricolæ autem uidentes filium dixerunt intra se. Hic est heres uenite occidamus eum & nostra erit hereditas. Et apprehendentes eum eiecerunt extra uineam & occiderunt. Quando ergo uenerit dominus uineæ quid faciet agricolis illis. Dicunt ei. Malos male perdet & uineam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Et dicit illis ihesus. Numquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris. Propterea dico uobis quia auferetur a uobis regnum dei & dabitur genti facienti fructum eius. Et qui cecidit super lapidem istum confringetur. super quem uero ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum timuerunt turbas. quoniam sicut prophetam illum habebant.

Et respondens iterum ihesus dixit in parabolis dicens. Simile factum est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias & nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum parauj. tauri mei & altilia occisa sunt & omnia parata. Venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt & abierunt alius quidem in uillam suam. alius uero ad negotiationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est & mittens exercitus suos perdidit homicidas illos & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem parate sunt sed qui uocati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum & quotquot inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos & bonos. & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Introiit autem rex ut uideret discumbentes & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt uocati pauci uero electi.

Et exeuntes pharisæi consilium inierunt ut eum laqueis caperent in uerbo. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister scimus quia uerax es & uiam dei in ueritate docens & non curas quemquam non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur licet censum dare cæsari an non. Ihesus autem cognita nequitia eorum dixit. Quid me temptatis hypocritæ. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis. Cuius habet imaginem hanc & superscriptionem. Dicunt ei. Cæsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quæ sunt cæsaris cæsari & quæ sunt dei deo. Et audientes mirati sunt & relicto eo abierunt.

In illo tempore accesserunt ad eum sadducæi qui dicunt resurrectionem non esse. Et interrogabant eum dicentes. Magister moyses scripsit nobis. Si cuius frater mortuus fuerit & dimiserit uxorem & filios non reliquerit. ut accipiat frater eius uxorem illius & suscitet semen fratri suo. Septem fratres erant apud nos. & primus duxit uxorem & mortuus est. & non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus & tertius usque ad septimum. Et post omnes defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint cuius de septem erit uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihesus dixit eis. Nonne hoc ideo errabitis quia nescitis scripturas neque uirtutem dei. Cum enim a mortuis resurrexerint neque nubent neque uxores ducent sed sunt sicut angeli in cælis. De mortuis autem quod resurgant non legistis in libro moysi super rubum quomodo dixerit illi deus dicens. Ego sum deus abraham & deus isaac & deus iacob. Non est deus mortuorum sed uiuorum. Multum ergo erratis.

Et accedens unus de scribis audierat illos conquirentes simul & uidens quoniam bene illis respondisset interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. Ihesus autem respondit ei quia primum omnium mandatum est. Audi israel dominus deus noster deus unus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex tota mente tua & ex tota fortitudine tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile illi est hoc. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scriba. Bene magister in ueritate dixisti quia unus est deus & non est alius præter eum. Et ut diligere eum ex toto corde & ex tota anima & ex tota mente & ex tota fortitudine & diligere proximum tamquam seipsum maius est omnibus holocaustomatibus & uictimis. Et ihesus uidens quia sapienter respondisset dixit illi. Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.

Et respondens ihesus dixit docens in templo. Quomodo dicunt scribæ christum filium esse dauid. Ipse enim dauid dicit in spiritu sancto. Dixit dominus domino meo. Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo dauid dicit eum dominum. & unde filius eius est. Et libenter eum audiebat multitudo.

Et dicebat in doctrina sua. Videte a scribis qui uolunt in stolis ambulare & salutari in foro & in primis cathedris sedere & primos discubitus in cenis. Qui deuorant domos uiduarum orationes longas simulantes. Hi accipient prolixius iudicium.

Et sedens ihesus contra gazophylacium aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium. Et multi diuites iactabant multa. Et cum uenisset una uidua pauper misit minutum quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico uobis quoniam uidua hæc pauper plus quam omnes qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt. Hæc autem de penuria sua omnia quæ habuit misit totum uictum suum.

Et cum egrederetur de templo dixit illi unus discipulorum suorum. Magister aspice qualibus lapidibus & qualibus ædificiis. Et ihesus dixit illi. Videsne hanc magnam ædificationem. Non remanebit lapis super lapidem qui non destruatur.

Et cum sederet in monte oliuarum contra templum interrogabant eum seorsum petrus & iacobus & iohannes & andreas. Dic nobis quando hæc erunt & quod signum cum incipient omnia hæc consummari. Ihesus autem cœpit dicere illis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum. & multos seducent. Cum audieritis prælia & opiniones præliorum ne timueritis. Oportet enim hæc fieri sed nondum finis. Surget enim gens contra gentem & regnum aduersus regnum. Et terræmotus per loca erunt & fames. Hæc autem initia dolorum sunt. Videte autem uos. Tradent enim uos in consiliis. & in synagogis uapulabitis. & in conuentibus stabitis. & ante præsides & reges adducemini propter me. in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet prædicari euangelium. Et cum duxerint uos tradentes uos nolite præmeditari quid loquamini. sed quod datum fuerit uobis in illa hora hoc loquimini. Non enim estis uos qui loquimini. sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium. & insurgent filii in parentes & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.

Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet. qui legit intelligat. tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes. Et qui in tecto non descendat in domum neque introeat ut tollat aliquid de domo sua. Et qui in agro est non reuertatur post tollere uestimentum suum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat hiemis. Erunt enim dies illi tribulationes tales quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit deus usque nunc & non fiet. Et nisi breuiasset dominus dies non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiauit dies. Et tunc si quis uobis dixerit. Ecce hic est christus. ecce illic. Ne credideritis. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ & dabunt signa & prodigia ad seducendos si fieri potest etiam electos. Vos autem uidete. Ecce prædixi uobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol obscurabitur & luna non dabit lumen suum. & stellæ cæli erunt decidentes & uirtutes quæ in cælis sunt mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos & congregabit electos suos a quatuor uentis. a summo terræ usque ad summum cæli. Ab arbore autem ficus discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata germinauerint scitis quia prope est æstas. Ita & uos cum uideritis hæc fieri scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant. Cælum & terra transibunt. Verba autem mea non præteribunt. De die autem illa uel hora nemo scit neque angeli in cælo neque filius. nisi pater. Videte. Vigilate & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam & dedit seruis suis potestatem cuique operis sui & ianitori præcepit ut uigilaret. Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus ueniat. sero an media nocte an galli cantu an mane. Ne cum uenerit subito inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico omnibus dico. Vigilate.

Et post biduum pascha fiebat & azyma. Et quærebant principes sacerdotum & scribæ quomodo eum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem. Non in die festo ne forte tumultus fieret in populo.

